e Κυζικηνόν.] *Gen.* Ασπενδίου. Κυζικηνοῦ. Antt. lib. 13. c. 10. §. 1. Aſpendius frater Cyziceni Græc. Euſeb. p. 62. SPANH. Ασπενδίου in *libris.* Κυζικηνὸν repoſui ex *Antt.* l. 13. c. 9. §. 1. &c. Quippe juxta *Porphyrium* (in *Græc. Euſeb. Scaligeri* p. 62.) Antiochus Grypus à fratre Cyziceno exutus imperio ſeceſſit Aſpendum, unde & Aſpendii cognomen reportavit. Inde poſt annum circiter reverſus, & imperium cum fratre ſic partitus eſt, ut Grypo ceſſerit Syria proprie dicta (quæ monte Amano & Seleucide definitur) Cyziceno Cœleſyria, quæ à Seleucide ad Judæam pertinet.) Vide *Strabonem* l. XVI. p. 749. 756. Samaritas igitur, Cyziceni regno attributos, veriſimilius eſt hujus, quam Aſpendii, opem imploraſſe. ALDR.

f Ἐπὶ

Ἀριστόβουλον ἠτίᾳ. καὶ ὁ μὲν, μέχρι Σκυθοπόλεως διωχθεὶς ὑπὸ τ ἀδελφῶν, ἐκφεύγει· οἱ δ' f. ὅπι τ Σαμαρείας ὑποτρέψαντες, τό, τε πλῆθος πάλιν εἰς τὸ τεῖχος συγκλείσουσι, καὶ τ πόλιν ἑλόντες, αὐτήν τε κατασκάψουσι, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἐξηνδραποδίσαντο. προχωρούντων δὲ τ κατορθωμάτων, τ ὀργὴν οὐ κατέψυξαν, ἀλλὰ προελθόντες ἅμα τῇ δυνάμει μέχρι τ Σκυθοπόλεως, ταύτην τε κατέδραμον, καὶ τ ἐντὸς Καρμήλου g γῆς ὅρους χώραν ἅπασαν κατενείμαντο.

Hyrcani filiis victus fugatusque. Antt. l. 13. c. 10. §. 3. Samariæ excidium. Antt. l. 13. c. 10. §. 3.

is, cum prompte eis paruisset, ab Aristobulo & Antigono superatur. Et ille quidem, postquam eum persequuti essent fratres ad Scythopolin usque, *tandem* effugit: hi vero, in Samariam reversi, & multitudinem iterum intra murum concludunt, cumque urbem cepissent, & eam diruunt & incolas in captivitatem abduxerunt. Cum autem res illis ita ex animi sententia succederent, suam passi non sunt alacritatem refrigescere: sed cum exercitu Scythopolim usque progressi, & eam incursibus vastarunt & agros intra montem Carmelum omnes * depopulati sunt.

III.

η'. Πρὸς δὲ τὰς εὐπραγίας αὐτῷ τε Ἰωάννου h καὶ τ παίδων, i φθόνῳ ἐγείρει τὴν τ ὑπαρχούσαν· καὶ πολλοὶ, k κατ' αὐτοῦ συνελθόντες, οὐκ ἠρέμουν, μέχρι καὶ πρὸς φανερὸν πόλεμον ἐκκριθέντες ἠτίων. τὸ λοιπὸν δ' ὑπαθὺς ἐν εὐδαιμονίᾳ Ἰωάννης, l καὶ τὰ κατ' τ ἀρχὴν κάλλιστα διοικήσας, m ἐν τρισὶ καὶ τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν, ὑπὲρ πέντε υἱέσι τελευτᾷ, μακαριστότατος ὢν καὶ n κατ' μηδὲν ἐάσας ἐφ' ἑαυτοῦ μεμφθῆναι τ τύχην. ο τρία γοῦν τὰ κράτιστα μόνος εἶχε, τ τε p ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν· ὁμιλεῖ γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν ἂν μελλόντων ἀγνοεῖν. ὥς γε καὶ περὶ δύο τ πρεσβυτάτων υἱῶν, ὅτι μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ κύριοι τ πραγμάτων, q προεῖδέ τε καὶ προεφήτευσεν. ὧν τ καλαστροφὴν ἄξιον ἀφηγήσασθαι, παρόσον τ πολλοὺς εὐδαιμονίας ἀπέκλιναν.

Hyrcani filiis invidetur.

8. Verum invidia, ex rebus Joannis ipsius filiorumque prosperis conflata, popularium seditionem concitat: multique, conspiratione in eos facta, non quiescebant, donec in bellum apertum exsuscitati vincuntur. Cum autem reliquum vitæ felicissime degisset Joannes, resque imperii per tres annos integros & triginta administrasset, quinque filiis relictis, moritur; vir plane beatissimus, & qui nulla in re fortunam sui causa accusari passus est. Denique tria vel maxima solus obtinuit, nempe & gentis principatum, & summum sacerdotium, & vaticinandi potestatem: nam cum eo ita versatus est Deus, ut futurorum nihil *penitus* ignoraret. adeo ut de duobus filiis suis natu majoribus & præviderit & prædixerit, quod non diu mansuri essent rerum domini: quorum vitæ quis fuerit exitus operæ pretium erit narrare, quatenus de paterna felicitate deciderint.

Hyrcani mors & elogium. Antt. l. 13. c. 10. §. 3. & 7.

ΚΕΦ. γ'.

Ὡς Ἀριστόβουλος, πρῶτος διάδημα περιθέμενος, μητρὸς καὶ ἀδελφῶν ἀναιρεθέντων, τελευτᾷ, βασιλεύσας ἐνιαυτὸν μόνον.

Μετὰ δὲ τ τοῦ πατρὸς τελευτὴν, ὁ r πρεσβύτερος αὐτοῦ s Ἀριστόβουλος, τ ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεὶς, t περιτίθεται μὲν διάδημα πρῶτος, u μετὰ τετρακοσιοστὸν καὶ x ἑβδομηκοστὸν πρῶτον ἔτος, πρὸς δὲ μῆνας τρεῖς, ἐκ γῆς κατῆλθεν ὁ λαὸς εἰς τ χώραν, ἀπαλλαγεὶς τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας· τ δὲ ἀδελφῶν, τ μὲν y μετ' αὐτὸν Ἀντίγονον, ἐδόκει γὰρ ἀγαπᾶν, ἦγεν ἰσοτίμως, τοὺς δ' ἄλλους εἱρκτῇσι δήσας, δεσμεῖ δὲ καὶ τ

CAP. III.

Quomodo Aristobulus, qui primus diadema sumpsit, matre fratreque sublatis moritur, cum non plus anno regnasset.

NAM mortuo patre, Aristobulus è filiis natu major, cum principatum in regnum commutasset, primus quidem diadema sumpsit, post annos quadringentos, septuaginta & unum mensesque tres, quàm populus, servitute quam Babylone serviit, liberatus, in *eam* regionem descenderat: Antigonum vero fratrum à se secundum (namque *illum* amare videbatur) sibi honore æquavit, cæterosque vinctos in custodias dat; itemque

Aristobulus Hyrcani successor. Antt. l. 13. c. 11. §. 1. Primus ex pontificibus Judæorum rex. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

f Ἐπὶ τ Σαμαρείας] *Rost.* ὑπὸ τ Σαμ.

g Τῆ ὄρει χώραν] Illa τῆ ὄρει desunt *Big. Bod. Rost.* & *Ruf.*

h Καὶ τ παίδων,] Καὶ τ παίδων *MS. Lipsi.* Ita *Lugd. Bat.* & *Rost. Al.* ἀδελφῶν.

i Φθόνῳ] Ἀρχ. lib. 13. c. 10. §. 5. Φθόνον ἐκίνησεν ἡ εὐπραγία αὐτῷ τ Ἰωάννου. ab odio Pharisæorum, qui malè in Hyrcanum seu Johannem affecti. SPANH.

k Κατ' αὐτῶν] *Rost.* mavult τ κατ' αὐτῶν.

l Καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν] Καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχ. *MS. Lipsi.* SPANH. Illud τὰ è *MSS.* certe *Lugd. Bat.*

m Ἐν τρισὶ καὶ τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν,] Ita *Big. Bod. Voss. Rost.* at ὅλοις præcedit καὶ in *Bas.* & *Gen.* Vera lectio videtur ἐν κθ' ὅλοις ἔτεσιν. In *Antt.* l. 13. c. 11. §. 1. & l. 20. c. 9. in medio numerat λα'. Sic & *Euseb.* in *Dem. Evang.* VIII. 11. & *Hieron.* ad *Dan.* IX. annos assignant XXIX. qui numerus quamproxime verum attingit. Quippe Simon occisus est anno Seleucidarum CLXXVII. mense 11. Sabat. 1 *Macc.* XVI. 14. h. e. circa Febr. anni P. J. 4579. Alexandræ successit Hyrcanus anno 3. Ol. 177. *Ant.* XIV. 1. nempe circa Nov. anni P. J. 4644. Differentia est annorum 65. & mensium fere 9. unde detractis Aristobuli anno 1. Alexandri Jannæi 27. Alexandræ 9. (h. e. 37. annis quos his tribus assignat *Josephus*) relinquuntur Joanni Hyrcano anni tantum 28. & menses circiter 9. Sed cum ex his 37. aliquot anni videantur esse defectivi, cumque vivens adhuc Alexandra Hyrcano regnum commiserit, quorum illud *Josephus* innuit, hoc aperte dicit; harum rerum ratione habita fiet Joannis Hyrcani principatus annorum 29.+ ALDR.

n Κατὰ μηδὲν] *Lugd. Bat.* κατὰ τὸ μηδὲν. *Rost.* κατὰ omittit.

o Τρία γοῦν] *Lugd. Bat.* τρία μόνα.

p Ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν.] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 10. §. 7. SPANH. Ubique *Rost.* articulum τὴν præfigit.

q Προεῖδέ τε] *Rost.* Εἶδέ τε.

r Πρεσβύτερος] *Rost.* Πρεσβύτατος *MS. Lipsi.* SPANH.

s Ἀριστόβουλος,] Aristobulus Hyrcani filius, I. Rex & Diadema adsumit ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 1. ubi pro CCCCLXXI. legitur CCCCLXXXI. & hic in Rufino *vid. Ox.*

t Περιτίθεται] *Cas.* Ἐπιτίθεται.

u Μετὰ τετρακοσιοστὸν καὶ] *Cas.* Μετὰ τριακόσια καὶ ἑβδομήκοστα καὶ ἓν. *Rost.* vero plane *Cas.* lectioni similis est.

x Ἑβδομηκοστὸν] *Rufini* codices hoc loco, & *Antt.* l. 13. c. 11. §. 1. *octogesimum* pro *septuagesimo* exhibent. Sed falso. nam numerus ita colligitur. Ab edicto Cyri ad initium Jesu Josedecidæ ann. 1. Inde ad mortem Menelai 414. Inde ad mortem Joannis Hyrcani 29+. Fiunt anni 471+. puta anni 471. menses 3. quibus exactis Aristobulus diadema sumpsit, Confer *Ezr.* I. 1. II. 70. III. 2. 62. *Ant.* XII. c. 14. 15. XX. c. 8. Si ad annorum minutias descenderis, illarum excessus & defectus sese mutuo compensabunt. Potes eundem numerum etiam hoc modo colligere. Soluta est captivitas anno 1. Cyri, h. e. Ol. L. 4. Alexandræ successit Hyrcanus Ol. CLXXVII. 3. Differentia est Olympiadum 126. & annorum 3. h. e. annorum 507. Tolle annos 36+, quibus Aristobulus, Alexander Jannæus & Alexandra regnavere, restant anni 471+. Apud *Strabonem* XVI. p. 762. πρῶτος ἀνθ' ἱερέως ἀνέδησεν ἑαυτὸν βασιλέα Ἀλέξανδρος τότε δ' ἦσαν υἱοὶ Υρκανὸς καὶ Ἀριστόβουλος. Verum eum excusari posse putat *Casaubonus*, quod Aristobulus I. parum vixerit post assumptum diadema, eique successerit frater Alexander. ALDR.

y Μετ' αὐτὸν] Μεθ' ἑαυτὸν in aliquot *MSS.*

* Inter se partiti sunt. *Ruf.*

que matrem, quod ea cum ipso de potestate contenderit, in vincula conjicit. nam & ipsam rerum dominam Joannes reliquerat. Eoque crudelitatis processit, ut vinctam fame necarit.

Crudelis in fratres matremque. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

2. Verum pœnæ ab eo repetitæ sunt in fratre Antigono, quem & amabat & regni socium habebat. Nam & hunc ex calumniis interemit, quas improbi in aula regia *versantes* in eum confinxerunt. Itaque primo quidem dictis diffidebat Aristobulus, scilicet & ex amore fratris, & quod pleraque rumore disseminata invidiæ imputaret. Sed cum Antigonus splendide ab expeditione veniret ad festum, quo ex more patrio tabernacula Deo eriguntur, accidit quidem illis in diebus ut morbo laborarit Aristobulus; Antigonus vero sub festi exitu *in templum* ascenderit suis militibus stipatus, & quam maxime fieri potuit ornatus, ut fratris gratia accurate magis *Deum* adoraret. Tumque viri scelerati regem adeuntes & armatorum pompam ei indicabant, & elatum Antigoni animum, majorem quam qui privato conveniret, quodque cum turma maxima adesset ipsum interfecturus: neque enim nudum *ex* regni *societate* ferre posse honorem, cum & regnum ipsum sibi liceat occupare.

Antigonus calumniis petitus. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

3. His fere invitus credidit Aristobulus, idque agens ne vel suspicari quidquam videretur, seque contra incerta præmuniret, suos quidem satellites in loco quodam subterraneo & tenebricoso collocavit (ipse autem in turri decumbebat quæ prius Baris dicta est, postea vero mutato nomine Antonia) cum mandatis ut ab inermi manus quidem abstinerent, Antigonum vero occiderent, si armatus accederet. misit etiam qui illud Antigono prædicerent, ut sine armis veniret. Ad hoc regina callide admodum cum insidiatoribus quiddam constituit. persuadent enim iis qui missi erant ut mandata quidem regis tacerent, Antigono vero dicerent, quod frater, audito eum sibi arma pulcherrima in ornatum bellicum in Galilæa comparasse, morbo impeditus esset quo minus ipse singula inspiceret, nunc vero cum aliò discessurus sis, armis indutum videre quam maxime desideret.

Quibus primo parum credidit Aristobulus. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

Regina aliique necem machinantur Antigono. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

4. His auditis Antigonus (ne quid enim mali suspicaretur, suadebat fratris affectus) armatus incedebat, quasi semet *fratri* ostensurus. Sed ubi ad obscurum transitum, qui Stratonis turris vocabatur, perventum est, à satellitibus interficitur, relicto hoc in certum documentum, quod omnia benevolentiæ naturæque vincula discindant calumniæ, quodque ex melioribus animi affectionibus nulla adeo valida est, ut invidiæ perpetuo possit obsistere.

Antigonus occisus. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

5. Subeat autem alicui & Judam hac in re mirari. Essæus erat genere, qui in prædictionibus nunquam lapsus est aut mentitus. Is, postquam & Antigonum tunc templum forte * prætereuntem viderat, ad familiares exclamabat (erant autem non pau-

Ejus mors à Juda Esseo prædicta. Antt. l. 13. c. 11. §. 2.

μητέρα διενεχθεῖσαν περὶ τ ἐξουσίας. ταύτῃ γὰρ [z] δὴ κυρίαν τ ὅλων ὁ Ἰωάννης ἀπολελοίπει. καὶ μέχρι τοσούτης ὠμότητος προῆλθεν, ὡς τε καὶ λιμῷ [z] ἀφθεῖραι δεδεμένην.

β'. Περιέρχεται δὲ [b] αὐτὸν ἡ τίσις εἰς τ ἀδελφὸν Αντίγονον, ὃν ἠγάπα τε καὶ τ βασιλείας κοινωνὸν εἶχε. κλεινὴ γὰρ καὶ τότου ἐκ ἀφθόλων, ἃς οἱ πονηροὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον ἐνεσκευάσαντο. [c] τὰ μὲν οὖν πρῶτα διεπίστει τοῖς λεγομένοις ὁ Ἀριστόβουλος, ἅτε δὴ καὶ τ ἀδελφὸν ἀγαπῶν, καὶ διὰ τὸ φθόνῳ τὰ πολλὰ τῶν λογοποιουμένων. ὡς δ' ὁ Ἀντίγονος λαμπρὸς ἀπὸ τ στρατιᾶς ἦλθεν εἰς τ ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιεῖται πάτριον τῷ Θεῷ, σωένδη μὲν καὶ ἐκείνας τὰς ἡμέρας, νόσῳ χρήσασθαι τ Ἀριστόβουλον· τ δ' Ἀντίγονον ὅπλα τέλει τ ἑορτῆς ἀναβάντα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, [d] ὡς ἐπὶ μάλιστα κεκοσμημένον, προσκυνῆσαι τὸ πλέον ὑπὲρ τ ἀδελφοῦ. [e] καὶ τότῳ προσιόντες οἱ πονηροὶ τῷ βασιλεῖ τήν τε πομπὴν τῶν ὁπλιτῶν ἐδήλουν, καὶ [f] τὸ παράσημα [g] τ Ἀντιγόνου, μεῖζον ἢ κατ' ἰδιώτην, ὅτι τε παρεῖη μετὰ [h] μεγίστου σωλάγματος ἀναιρήσων αὐτόν. ἐπεὶ γὰρ ἀνέχεσθαι τιμὴν μόνον ἐκ βασιλείας ἔχειν, παρὸν αὐτὴν καθαρχεῖν.

γ'. Τούτοις τε μικρὸν ἄνωθεν ὀπίστευσεν Ἀριστόβουλος, καὶ προνοῶν τ μετ' ὑποπλεύων φανερὸς γενέσθαι καὶ προνοφαλίας πρὸς τὸ ἄδηλον, [i] καθίστησι μὲν τὸς σωματοφύλακας ἔν τινι τῶν ὑπογαίων ἀλαμπεῖ. καλεῖτο δ' ἐν [k] τῇ Βάρει πρότερον [l] καλυμένῃ, αὖθις δ' Ἀντωνία μετονομασθείσῃ. [m] προστάξας ἀνόπλοις μὲν ἀπέχεσθαι, κλείειν δὲ τ Ἀντίγονον, εἰ μὴ ὅπλων προσίοι. καὶ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε τὸς προερροῦντας ἄνοπλον ἐλθεῖν. πρὸς τοῦτο πάνυ πανούργως ἡ βασίλισσα συντάσσει μετὰ τῶν ὀπαδῶν. τοὺς γὰρ πεμφθέντας [n] πείθουσι τὰ μὲν πρῶτα τ βασιλέως σιωπᾶν, λέγειν δὲ πρὸς τ Ἀντίγονον, ὡς ἀδελφὸς ἀκούσας ὅπλα τε [o] αὐτῷ κατεσκευασκέναι κάλλιστα, [p] καὶ πολεμικὸν κόσμον ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἀφ' μὲν τ ἀσθένειαν αὐτὸς ὀπιδεῖν ἕκαστα κωλυθείη, νῦν δ' ἐπεὶ καὶ χωρίζεσθαι [q] μέλλοις, [r] θεάσαιτ' ἂν ἥδιστά σε ἐν τοῖς ὅπλοις.

δ'. Ταῦτ' ἀκούσας ὁ Αντίγονος, ἐπεὶ δ' ἡ τῷ ἀδελφῷ ἀφάθεσις μηδὲν ὑποπλεύειν πονηρὸν, ἐχώρει μὴ τῶν ὅπλων ὡς πρὸς ὀπτιδείξιν. γενόμενος δὲ κατὰ τ σκοτεινὴν πάροδον, ἣ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων ἀναιρεῖται, βέβαιον ἀποδείξας, ὅτι πᾶσαν εὔνοιαν καὶ φύσιν κόπτει ἀφορμὴ, καὶ ἡδὲν ἕτω τῶν ἀγαθῶν παθῶν ἰσχυρὸν ὡς τῷ φθόνῳ μέχρι παντὸς ἀντέχειν.

ε'. [s] Θαυμάζει δ' ἄν τις ἐν τούτῳ τ [t] Ἰούδαν. [v] Ἐσσαῖος ἦν γένος, οὐκ ἔστιν ὅτε ψεύσας ἢ ψευδεῖς ἐν προαγγέλμασιν. ὃς ἐπειδὴ καὶ τότε τ Αντίγονον ἐθεάσατο παριόντα ἀφ' ἱεροῦ, πρὸς τὺς γνωρίμους ἀνέκραγεν, ἦσαν δ' οὐκ ὀλίγοι παραδεξόμενοι αὐτῷ τῶν μαν-

---

z Δὴ κυρίαν] Illud δὴ abest *Big. Lugd. Bat. Aliisque.*

a Διαφθεῖραι] *Lugd. Bat.* Διαφθερῆναι.

b Αὐτὸν ἡ τίσις] Αὐτῷ in plerisque *MSS.* ἡ abest in *Rost.*

c Τὰ μὲν οὖν] Ita *Lugd. Bat.* alii τὰ μὲν δὴ.

d Ὡς ἐπὶ μάλιστα κεκοσμημένον, προσκυνῆσαι] Vid. ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 1. SPANH.

e Καὶ τότῳ προσιόντες] Τότε προσιόντες *Rost.*

f Τὸ παράσημα] Conf. sup. c. 2. §. 4. SPANH.

g Τῦ Ἀντιγόνου,] *Lugd. Bat.* Τὸ Ἀντιγ.

h Μεγίστου σωλάγματος] *Lugd. Bat.* Μεγίστων σωλαγμάτων.

i Καθίστησι] *Lugd. Bat.* διίστησι. ut & *Rost.* id est *disposuit.* non male. HAV.

k Τῇ Βάρει πρότερον] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 2. ut & inf. huj. libri c. 5. §. 4. item c. 21. §. 1. SPANH.

l Καλυμένῃ,] Abest a *Lugd. Bat.* ut & *Rost.*

m Προστάξας] Particulam καὶ præponit *Rost.*

n Πείθουσι] Πείθει legisse videtur *Ruf.*

o Αὐτῷ κατεσκευάσθαι κάλλιστα,] Ita locum hunc restituimus ex clarissima *MSS. Lugd. Bat. Bod.* & *Rost.* conspiratione, ut & *Ruf.* qui jam olim ita invenerat; legitur in vulgatis αὐτῷ καλλιστευομένους κάλλιστα ἀφ' ὧν. κ. Verte itaque & *decus bellicum* pro *in ornatum bellicum.* Exprimit enim idem quod appellat Virgilius *decus & tutamen in armis.* lib. Æneid. 5. 2. a 26. 2. HAV.

p Καὶ πολεμικὸν κόσμον] Διὰ πολ. κ. *Hudſ.* Καὶ πολεμικὸν κ. juxta *Ruf.*

q Μέλλοις,] Ita *Lugd. Bat.* alii μέλλοις.

r Θεάσαιτ' ἄν] *Gen.* Θεάσαι ἄν. Θεάσαιτ' ἂν *MS. Lipſ.* SPANH. Ita cum *MSS.* Θεάσαι ἂν in *Impreſſis.*

s Ἡ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος] Primam voculam non agnoscit *Lugd. Bat.* posteriorem delet *Rost.*

t Θαυμάσαι] *Lugd. Bat.* Θαυμάσοι.

v Ἰούδαν.] Sic Lameæ & Manahemi, utriusque Essæi vaticinia ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 4. & lib. 15. c. 10. §. 5. Judas hic fuit Essenus institutus ἀρχ. lib. 13. c. 21. §. 2. Ἰούδαν τινα, Ἐσσηνὸν μὲν τὸ γένος. *Essenum autem genere* seu *secta*, de quo nihil *Gelenius* Judam Essenum genere *Rusin.* SPANH.

x Ἐσσαῖος ἦν γένος,] *Al.* Ἐσσηνὸς, uti l. 13. c. 11. §. 2.

* Ἰδὼν τ Ἀντίγονον παριόντα τὸ ἱερὸν *Antt.* l. 13. c. 11. §. 2.

μανθανόντων, πάπαι· „ νῦν ἐμοὶ καλὸν, ἔφη, τὸ „ θανεῖν, ὅτι μοι προτέθνηκεν ἡ ἀλήθεια, καί τι τῶν „ ὑπ' ἐμοῦ προῤῥηθέντων διέψευσται. ζῇ γὰρ Ἀντίγονος „ οὗτοσὶ σήμερον ὀφείλων [x] ἀποθανεῖν. χωρίον δ' αὐτῷ „ πρὸς σφαγὴν, Στράτωνος πύργος [y] εἵμαρτο· „ καὶ τοῦτο μὲν ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἀπέχθεν ἐστὶν. „ ὥραι δὲ τέσσαρες ἤδη τέλειαι, [z] ὅδε δὴ χρόνος „ ἐκκρούει τὸ μάντευμα. " ταῦτ' εἰπὼν, σκυθρωπὸς [a] ὑπὸ συννοίας ὁ γέρων διεκαρτέρει, καὶ μετ' ὀλίγον ἀνηρημένος Ἀντίγονος ἀγγέλλεται καὶ τὸ [b] ὑπόγαιον χωρίον, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὁμωνύμως τῇ Θαλάττῃ Καισαρείᾳ. τοῦτο γοῦν τὸ μάντιν διεβάραξεν.

γ'. Ἀριστοβούλῳ γε μὴν εὐθὺς ἡ [c] περὶ τὸν μύσος μεταμέλεια νόσον ἐνεσκήπτει, καὶ πρὸς ἐννοίαις τοῦ φόνου τὴν ψυχὴν ἔχων ἀεὶ τεταραγμένην συνεήκετο, μέχρι τῶν σπλάγχνων ὑπ' ἀκράτου τῆς λύπης σπαρασσομένων [d] ἄθρουν αἷμα [e] ἀναβάλλει. τοῦτο τις τῶν πρὸς τῇ θεραπείᾳ παίδων ἐκφέρων, δαιμονίῳ προνοίᾳ σφάλλεται, καθ' ὃν τόπον ὁ Ἀντίγονος ἔσφακτο, καὶ [f] φαινομένοις ἔτι τοῖς ἀπὸ τοῦ φόνου σπίλοις τὸ αἷμα τοῦ κτείναντος ἐπεξέχεεν. ἤρθη δ' [g] εὐθὺς οἰμωγὴ τῶν θεασαμένων, ὥσπερ ὑπὸ τῆς παιδὸς ἐκεῖ [h] ὑποκατασπείσαντος τὸ αἷμα· ὁ δὲ βοῆς ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο, καὶ μηδενὸς τολμῶντος εἰπεῖν, μᾶλλον [i] ἐκέκλετο μαθεῖν ἐθέλων. τέλος δ' ἀπειλοῦντι καὶ βιαζομένῳ τἀληθὲς εἶπον. ὁ δὴ τύς τε ὀφθαλμοὺς ἐμπίπλησι δακρύων, καὶ στενάξας, [k] ὅσον ἦν αὐτῷ δύναμις, εἶπεν, „ Οὐκ ἄρα Θεῷ μέγαν ὀφθαλμὸν „ ἐπ' ἔργοις ἀθεμίτοις λήσειν ἔμελλον, ἀλλά με „ [l] ταχεῖα μέτεισι δίκη Φόνου συγγενοῦς· μέχρι τοῦ „ μοι σῶμα ἀναιδέστατον τ ἀδελφῷ καὶ μητρὶ καλὸν „ κρῖνον ψυχὴν καθέξεις; μέχρι τοῦ δ' αὐτὸς ὑπο- „ σπείσω καὶ μέρος τοὐμοῦ αἵματος; λαβέτωσαν ἀθρόον „ τοῦτο, καὶ μηκέτι ταῖς [m] ἐκ τῶν ἐμῶν σπλάγχνων „ χοαῖς ἐπειρωνευέσθω τὸ δαιμόνιον." ταῦτ' εἰπὼν, [n] εὐθέως τελευτᾷ, βασιλεύσας ὁ πλεῖον ἐνιαυτοῦ.

ci è discipulis ei assidentes) Papæ! „ nunc æquum „ est, dicebat, ut ipse moriar, quando ante me „ veritas interiit, & falsum est certum quiddam à „ me prædictum. Vivit enim iste Antigonus, qui „ hodie mori debuit. Locus autem neci ejus fato „ destinatus, erat Stratonis turris: & ille quidem „ sexcentorum abhinc stadiorum intervallo distat. „ jam vero quarta est diei hora: adeoque hoc tem- „ pus irritum reddit vaticinium. " Ista loquutus, tacita cogitatione mœstoque vultu defixus hærebat senex, pauloque post interfectum esse Antigonum nunciatur in loco subterraneo, qui & ipse Stratonis turris appellabatur, eodem nomine quo maritima Cæsarea. Quippe hæc res vatem perturbavit.

6. Cæterum pœnitudo ex scelere statim fecit ut Aristobulo morbus ingravesceret; dumque animum cædem secum reputando perturbatum haberet, contabescebat, donec immodico dolore laceratis visceribus, sanguinem multum emitteret. Hunc dum quidam puerorum qui ei ministrabant foras effert, divina providentia prolapsus cadit, eo in loco quo Antigonus erat occisus, & super exstantes cædis maculas interfectoris cruorem effudit. Mox autem sublatus est ululatus ab iis qui id conspexerant, tanquam puer de industria sanguinem illic libasset: & cum rex clamore audito causam scisciteretur, eamque nemo prodere ausus esset, eo magis instabat discendi desiderio. Tandem vero, cum minas intentaret eosque cogeret, verum quod erat ei indicaverunt. At ille, cum lachrymis oppleset oculos, quantumque poterat ingemuisset, dicebat, „ haud utique erat ut * magnum Dei „ oculum ob facta nefaria effugerem, sed me ce- „ leris pœna persequitur ob cognati cædem. Quo- „ usque, ô corpus impudentissimum, matri fra- „ trique damnatam animam detinebis? Quamdiu „ & ipse paulatim illis sanguinem meum libabo? „ simul totum accipiant; ne amplius inferias ex „ meis visceribus factas derideat numen. " His dictis illico moritur, cum non plus anno regnum tenuisset.

Fratris interitum dolet Aristobulus. Antt. l. 13. c. 11. §. 3.

Moritur. Antt. l. 13. c. 11. §. 3.

ΚΕΦ. δ'.

Οἷα ἐπράχθη ὑπ' Ἀλεξάνδρου Ἰανναίου, βασιλεύσαντος ἐπὶ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη.

Λυσασα δ' ἡ γυνὴ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς βασιλέα καθίστησιν Ἀλέξανδρον, ὃν τὰ καθ' ἡλικίαν καὶ μετριότητα πρόχειν δοκοῦντα. ὁ δὲ, παρελθὼν εἰς τὴν ἐξουσίαν, τὸν ἕτερον μὲν τῶν ἀδελφῶν [p] βασιλείας κλείνει τὸν ἕτερον καλαλειπόμενον, ἀγαπῶντα τὸ ζῆν δίχα πραγμάτων, εἶχεν [q] ἐν τιμῇ.

β'. Γίνεται δ' αὐτῷ καὶ πρὸς τὸν Λάθυρον ὀνομαζόμενον Πτολεμαῖον συμβολὴ, πόλιν [r] Ἀσωχὶν πολιορκοῦντα·

CAP. IV.

Quas res gesserit Alexander Jannæus, qui regnavit annos XXVII.

UXor autem *Aristobuli*, cum fratres vinculis exemisset, regem constituit Alexandrum, qui & ætate & morum modestia *cæteris* præstare videbatur. Verum is, ad potestatis fastigium provectus, è fratribus quidem alterum regnum affectantem occidit; alterum vero, † vita quieta contentum, in honore habuit.

Alexander Jannæus rex Judæorum. Antt. l. 13. c. 11. §. 1.

2. Accidit autem, ut *is* prælio congrederetur cum Ptolemæo cognomine Lathyro, qui urbem Asochim cepe-

Pugna inter Alexandrum & Ptolemæum Lathyrum. Antt. l. 13. c. 12. §. 2. 3. 4. 5.

x Ἀποθανεῖν.] Ἀγρηῦς *Big. Bod.* & *Voss.* Ἀναιρεῖς *Rost.*
y Εἵμαρτο.] *Rost.* Εἵμαρ.
z Ὅδε δὴ] *Lugd. Bat.* Ὁ δὴ.
a Ὑπὸ συμποίας] Ἐπὶ συμποίας *MS. Lips.* SPANH. Ἐπὶ συμποίαις *Big.* & *Bod.* & *Rost.* & *Lugd. Bat.* ἐπὶ συμποίας *Lips.*
b Ὑπόγαιον χωρίον, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὁμωνύμως τῇ Θαλάττῃ Καισαρείᾳ.] Καισάρεια παράλιος ante Stratonis Turris dicta, ut libr. Antt. 13. c. 11. §. 2. ὃ καὶ αὐτὸ Στράτωνος πύργος ἐκαλεῖτο, ὁμώνυμον τῇ Θαλάττῃ Καισαρείᾳ. & alias. lib. 3. c. 8. §. 1. πεδιὰς οὖσα, καὶ παράλιος. & lib. 7. c. 2. §. 1. εἰς τὴν παράλιον ἐπανελθόντι Καισάρειαν. item eod. lib. c. 1. §. 3. πρὸς τὴν ἐπὶ τῇ Θαλάττῃ Καισάρειαν.
c Περὶ τὸν μύσος] Conf. sup. c. 2. §. 3. SPANH.
d Ἄθρουν αἷμα] Ἀθρόαν αὐτὴν ταύτην ἀποδίδως, de eadem morte ἀρχ. lib. 13. c. 11. §. 3. SPANH.
e Ἀναβάλλει.] Ἀναβάλλειν in nonnullis *MSS.*
f Φαινομένοις ἔτι] Videsis *J. A. Bosii Diss.* ad 2 *Tim.* 2. 22.
g Εὐθὺς οἰμωγὴ] Εὐθέως hîc loci & supra v. 26. in *Rost. Lugd. Bat.* plerisque *MSS.*
h Ἐπικατασπείσαντος] *Lugd. Bat.* ἐπισπείσαντος.
i Ἐνέκειτο] *Rost.* ἔκειτο.
k Ὅσον ἦν] Omittit ἦν *Rost.*
l Ταχεῖα] *Rost.* τάχιον.
m Ἐκ τῶν] Abest a *Lugd. Bat.*
n Εὐθέως τελευτᾷ,] *Rost.* ἐκτελευτᾷ, ὃ πλέον βασιλεύσας ἐνιαυτοῦ.
o Τὸν καθ'] *Lugd. Bat.* τὸν καθ' *Rost.* τοῦτον κατ'.
p Βασιλειῶν κλείνει.] Conf. sup. Procem. §. 2.
q Ἐν τιμῇ.] Illa ἐν τιμῇ addidi ex *Antt.* l. 13. c. 12. §. 1. in fine.
r Ἀσωχὶν πολιορκοῦντα.] Conf. de Vita §. 41. SPANH. Ἀσωχὶν *Voss.* vide ad l. 13. c. 12. §. 4. in fine.
* *Sc.* Deum omnia spectantem.
† Ablatis rebus secum habebat, *Rus.*

ceperat: in quo multos quidem hoſtium peremit, ſed victoria in Ptolemæum propendebat. Poſtea vero quam ille, à matre Cleopatra fugatus, in Ægyptum diſceſſerit, Alexander & Gadara obſidione in poteſtatem ſuam redigit, & caſtellum Amathuntis, munitionem omnium quæ ad Jordanem ſitæ erant maximam, ubi & pretioſiſſima quæque bonorum Theodori filii Zenonis adſervabantur. At Theodorus, cum repente *ei* ſuperveniſſet, & res ſuas capit & regis impedimenta, & Judæorum decem circiter millia interficit. * Alexander autem ab iſta plaga revaleſcit, & in maritimam regionem verſus Raphiam capit & Gazam, itemque Anthedonem, quæ poſtea à rege Herode Agrippias nominata eſt.

Antt. l. 13. c. 12. §. 5.

Pugna inter Alexandrum & Theodorum.

Antt. l. 13. c. 13. §. 3.

Alexander multas urbes capit.

Antt. l. 13. c. 13. §. 3.

3. Cum autem *urbes* iſtas ſubjugaſſet, inſurrectio fit populi Judaïci in feſto. Tum enim maxime, cum feſta celebrantur, excitatur ſeditio. Nec apparebat, quo pacto ex inſidiis evadere potuerit, niſi ei auxilium tuliſſent copiæ peregrinæ, Piſidæ nempe & Cilices: Syros quippe in mercenarios non admittebat, propter ingenitum illis erga gentem Judæorum odium. Cum autem ſupra ſex millia eorum, qui in eum inſurrexerant, occidiſſet, in Arabiam incurſionem facit: cumque eam ſimulque Galaaditas & Moabitas ſubegiſſet, tributumque illis imperaſſet, ad Amathunta reverſus eſt. Theodoro etiam ex rebus ejus proſpere geſtis metu perculſo, cum caſtellum *omni* præſidio vacuum reperiſſet, *de* fundamentis *illud* dejecit.

Mota in Alexandrum ſeditio. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

Moabitas aliaſque gentes ſubigit Alexander. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

Ab Oboda fuſus fugatuſque. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

4. Mox autem congreſſus cum Oboda rege Arabum, qui locum juxta Gaulanam prior inſidiis occupaverat, illis captus totum amiſit exercitum, in vallem profundam compulſum, atque camelorum multitudine contritum. Ille vero fuga dilapſus in Hieroſolyma, gentem olim ſibi infenſam calamitatis magnitudine in ſeditionem excitavit. Fit autem etiam tunc ſuperior, crebriſque præliis non pauciores quinquaginta Judæorum millibus interfecit, ſex annorum ſpatio: nequaquam tamen victoriis lætabatur, ut qui regni ſui vires conſumeret. adeo ut armis omiſſis adniteretur verbis bellum cum ſubditis componere. Illi autem eo magis odio habebant ejus reſipiſcentiam morumque varietatem. Cumque percontaretur quid cauſæ eſſet, quid ipſi faciendum ut eos placatum iret, ut moreretur, dicebant. nam cum eo, qui tam multa nefaria patraſſet, etiam mortuo vix redituros eſſe in gratiam. Simul etiam Demetrium, cognomine Eucærum in auxilium vocabant. Cumque ille, majorum ſpe, eis haud ægre obſequutus eſſet, & cum exercitu veniſſet, ſeſe cum auxiliis ejus circa Sicima conjunxerunt Judæi.

Multa cum cade in Judæos graſſatur. Antt. l. 13. c. 3. §. 5.

Demetrius Eucærus à Judæis in auxilium accerſitus. Antt. l. 13. c. 13. §. 5.

ὐ πολλὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν πολεμίων, ἡ δὲ νίκη πρὸς [s] Πτολεμαῖον ἔρρεψεν· ἐπεὶ δ' ὕστερον ὑπὸ τῆς μητρὸς Κλεοπάτρας διωχθεὶς εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρησεν, Ἀλέξανδρος Γαδάρων τε πολιορκίᾳ κρατεῖ, καὶ Ἀμαθοῦντος, ὃ δὴ μέγιστον μὲν ἦν ἔρυμα τῆς [t] περὶ Ἰορδάνην, τὰ τιμιώτατα δὲ τοῦ Θεοδώρου τοῦ Ζήνωνος [v] κτημάτων ἦν ἐν αὐτῷ. ἐπελθὼν δ' ἐξαίφνης ὁ Θεόδωρος, τά τε σφέτερα, καὶ τοῦ βασιλέως ἀποσκευὴν αἱρεῖ, τῆς τε Ἰουδαίων εἰς μυρίους κλείνας. γίνεται δ' ἐπάνω τῆς πληγῆς Ἀλέξανδρος, καὶ τραπόμενος εἰς [u] Φαλαίαν, αἱρεῖ [x] Ῥαφίαν τε καὶ Γάζαν, καὶ Ἀνθηδόνα, ἣ αὖθις ὑφ' Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως [y] Ἀγριππιάδα ἐπικληθεῖσαν.

γ'. Ἐξανδραποδισαμένῳ δὲ ταύτας ἐπανίσταται τὸ Ἰουδαϊκὸν [z] ἐν ἑορτῇ. μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς εὐωχίαις αὐτοῖς στάσις ἄπλετος. καὶ [a] ἐδόκει μὴ ἂν κρείττων γενέσθαι τῆς ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ τὸ ξενικὸν αὐτῷ παρεβοήθει, Πισίδαι καὶ Κίλικες ἦσαν. Σύρους γὰρ οὐκ ἐδέχετο μισθοφόρους, [b] διὰ τὴν ἔμφυτον αὐτοῖς πρὸς τὸ ἔθνος ἀπέχθειαν. [c] κτείνας δὲ τῶν ἐπαναστάντων ὑπὲρ [d] ἑξακισχιλίους, Ἀραβίας ἤπτετο· καὶ ταύτην ἑλὼν, Γαλααδίτας τε καὶ [e] Μωαβίτας, φόρον τε αὐτοῖς ἐπιτάξας, ἀνέστρεφεν ἐπὶ [f] Ἀμαθοῦντα. Θεοδώρου δὲ πρὸς τὰς εὐπραγίας [g] αὐτῷ καταπλαγέντος, ἔρημον λαβὼν τὸ φρούριον κατέσκαψεν.

δ'. Ἐπεῖτα συμβαλὼν [h] Ὀβόδῃ τῷ Ἀράβων βασιλεῖ προλοχίσαντι τῆς [i] Γαυλάνην, [k] ἐνέδρας αὐτῷ γενομένης, πᾶσαν ἐπιβάλλει τὴν φαλαγγα, [l] συνωθεῖσαν καὶ βαθείας φάραγγος, καὶ πλῆθος καμήλων συνθρῦπτουσαν. ἀφυγὼν δ' αὐτὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς πάλαι μισοῦν τὸ ἔθνος παρώξυνεν εἰς ἐπανάστασιν. γίνεται δὲ καὶ τότε κρείττων, καὶ μάχαις ἐπαλλήλοις οὐκ ἔλαττον πενταχισμυρίους [m] Ἰουδαίων ἀνεῖλεν ἐν ἔτεσιν ὀκτώ· μὴν [n] ὑφαιρεῖσθέ γε ταῖς νίκαις, τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν ἀναλίσκων. [o] ὡς τε, παυσάμενος τοῦ ὅπλων, [p] λόγοις ἐπεχείρει διαλύειν πρὸς τοὺς ὑπολελαγμένους. οἱ δὲ μᾶλλον ἐμίσουν τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, καὶ τὸν τρόπον τὸ ἀνώμαλον. [q] πυνθανομένῳ τε τὸ αἴτιον, [r] τί ἂν ποιήσας καταστείλειεν αὐτούς, [s] ἀπέθνησκον ἔλεγον. νεκρῷ γὰρ ἂν μόλις τῷ τοσαῦτα δράσαντι. ἅμα δὲ καὶ τὸν [t] Εὔκαιρον ἐπικληθέντα Δημήτριον ἐπεκαλοῦντο. ῥᾳδίως δ' ὑπακούσαντος κατ' ἐλπίδα μειζόνων, καὶ μὴ στρατιᾶς ἥκοντος, συνέμισγον οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς συμμάχοις περὶ Σίκιμα.

ε'. Δέ-

---

s Πτολεμαῖον] Articulum τὸν præponit *Lugd. Bat.*

t Περὶ Ἰορδάνην,] Ὑπὲρ Ἰορδάνην *MS. Lipſ.* & *Rufin.* SPANH. Ὑπὸ Ἰορδάνην *Bod.* ὑπὲρ *Big. Voſſ.* & *Lipſ.* Vide ad l. 13. c. 12. §. 5.

v Κτημάτων] *Roſt.* κτισμάτων.

x Ῥαφίαν] ΡΑΦΙΑ Nummi. SPANH. *Al.* Ῥάφιαν.

y Ἀγριππιάδα] Ἀγρίππειον inf. c. 21. §. 8. SPANH. Sic inf. c. 5. §. 4.

z Ἐν ἑορτῇ] Et inde, quoniam epulæ & dies Feſti ſeditiones accendunt, Romani milites ſuper porticum Templi locabant, noluerunt que Judæi Chriſtum Feſto die capere. REL.

a Ἐδόκει] *Roſt.* δοκεῖ.

b Διὰ τὴν ἔμφυτον] Inſita inter Syros & Judæos inimicitia, ἀρχ. lib. 13. c. 13. §. 5. id tribuit privato Alexandri erga Syros odio. SPANH.

c Κτείνας δὲ] *Roſt.* κτείνας γὰρ.

d Ἑξακισχιλίους,] Ita' *Voſſ. Bod. Roſt.* expreſſis etiam literis & *Foſ.* in *Antt.* l. 13. c. 14. §. 5. in *Impreſſis* ἑπτακοσίους. in *Rufini* Editis *octo millibus*, ſed *ſex millia* habent *MSS.*

e Μωαβίτας,] Non eſt in *Roſt.*

f Ἀμαθοῦντα.] *Lugd. Bat.* Ἀμαθοῦνλος.

g Αὐτῷ καταπλαγέντος,] Αὐτὸν & αὐτῶν in *libris aliquot.*

h Ὀβόδῃ] Ὀβιδᾷ ex *Antt.* l. 13. c. 14. §. 5. Ὀβόδῃ *Big. Voſſ.* & *Ruf.* Βόνδῃ *Roſt.* Ἰοβόνδᾳ *Lugd. Bat.*

i Γαυλάνην,] Ἀρχ. lib. 13. c. 15. §. 3. Γαύλανιν SPANH. Eandem eſſe cum urbe *Golan* exiſtimat *Relandus* in *Paleſtina S.* p. 815. Inſidias collocatas fuiſſe κατὰ Γάδαρα κώμην τῆς Γαλααδίτιδος memorat *Joſephus* in *Antt.* l. 13. c. 14. §. 5. κατὰ τὴν Γαυλάνην *in Galaadenſi* [*Gaulonenſi* & *Gaulenſi* & *Galenſi MS.*] *regione* vertit *Rufinus.*

k Ἐνέδρας] Conf. ἀρχ. lib. 13. c. 13. §. 5. SPANH.

l Συνωθεῖσαν] Συνωθισθεῖσαν *Bod.*

m Ἰουδαίων ἀνεῖλεν] Ἰουδαίους *Big.* & *Bod.*

n Ὑφαιρεῖσθέ γε] *Roſt.* ἐνφραίνει γε.

o Ὡς τε, παυσάμενος τοῦ ὅπλων,] Οθεν *Big. Roſt.* & *Bod.* & forſan *Ruſinus*, qui vertit, *unde.*

p Λόγοις] *Roſt.* ἐν λόγοις.

q Πυνθανομένῳ τε τὸ αἴτιον,] Πυνθανομένου *Big. Voſſ. Roſt.* & & *Bod.*

r Τί ἂν] Καὶ τί ἂν π. *MS. Lipſ.* SPANH.

s Ἀπέθνησκον ἔλεγον.] Atque ita *voluntaria morte maximo juſtiſſimoque civium odio quam primum ſatisfaceret*, ut ad Tiberium ſcripſiſſe Artabanum in Vita ejus cap. 66. narrat *Suetonius.* quaſi *aliter tot flagitiis ejus ſubveniri non poſſet*, ut cordatus centurio Aſper in pœna ſua ad Neronem apud *Tacitum* lib. Annal. 15. cap. 68. Quomodo & legatis Dionyſii Syracuſani Tyranni, extollentibus pietatem ejus in ſepeliendis illis, qui ex hoſtibus in acie ceciderant, reſponſum ſatis amarè eſt a civibus profugis: *non alio ipſum Dionyſium beneficio dignam eſſe, imo Deos ſe precari, ut eodem quamprimum afficeretur.* Narrante Diodoro l. 14. c. 9. HAV.

t Μόλις τῷ] Abeſt a *Roſt.*

v Εὔκαιρον] Demetrius Εὔκαιρος. ἀρχ. lib. 13. c. 13. §. 5. τὸν Ἀκαιρον *MS. Lipſ.* & *Rufin.* SPANH. Ἀκαιρον *Big. Bod. Voſſ. Roſt.* & *Ruf.* in quibuſdam *exemplaribus.* Potuit Demetrius per ludibrium ita appellari, uti & Antiochus *Epimanes* pro *Epiphanes*, & Ptolemæus *Cacergetes* pro *Euergetes.* ALDR.

* Verum Alexander receptis poſt cladem viribus, *Ruf.*

ε'. Δέχεται δ' ἑκάτερος Ἀλέξανδρος, [x] ἱππεῦσι μὲν χιλίοις, μισθοφόροις δὲ πεζοῖς [y] ὀκταχιλίοις· παρῆν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἐνοῦν Ἰουδαϊκὸν, εἰς [z] μυρίους. τὸ δ' ἀντίον ἱππεῖς μὲν ἦσαν τρισχίλιοι, πεζῶν δὲ μύριοι τετρακισχίλιοι. [a] καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἀφ' ἑκατέρων οἱ βασιλεῖς ἐπειρῶντο τὸ παρ' ἀλλήλοις ἀποστάσεων· Δημητρίου μὲν τοὺς Ἀλεξάνδρου μισθοφόρους, Ἀλεξάνδρου δὲ τοὺς ἅμα Δημητρίῳ Ἰουδαίους μεταπείσειν ἐλπίσας. ὡς δ' ἤρξατο μὲν οἱ Ἰουδαῖοι [b] θυμοῦσθαι, ἤθη δὲ οἱ Ἕλληνες [c] ἐπαύοντο πίστεως, διεκρίνοντο ἤδη τοῖς ὅπλοις συμπεσόντες. κρατεῖ δὲ τῇ μάχῃ Δημητρίου, καίπερ πολλὰ τὰ Ἀλεξάνδρου μισθοφόρων καὶ ψυχῆς ἔργα καὶ χειρὸς ἐπιδειξαμένων. χωρεῖ δὲ τὸ τέλος τῆς παρατάξεως [d] παρὰ δόξαν ἀμφοτέροις. ἤτε γὰρ Δημητρίῳ παρέμειναν νικῶντι οἱ καλέσαντες, καὶ κατ' οἶκτον τῆς μεταβολῆς Ἀλεξάνδρῳ προσεχώρησαν, εἰς τὰ ὄρη καταφυγόντι, Ἰουδαίων ἑξακισχίλιοι. ταύτῃ τὴν ῥοπὴν οὐκ ἤνεγκε Δημήτριος, ἀλλ' ὑπολαβὼν ἤδη μὲν ἀξιόμαχον εἶναι πάλιν Ἀλέξανδρον, μεταῤῥεῖν δὲ καὶ τὸν ὄχλον [e] εἰς αὐτὸν, ἀνεχώρησεν.

ς'. Οὐ μὴν [f] τόγε λοιπὸν πλῆθος, ἀναχωρησάντων τῶν συμμάχων, καθέθεντο τὰς διαφοράς· συνεχὴς δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον ἦν αὐτοῖς ὁ πόλεμος, μέχρι πλείστους ἀπολείνας τοὺς λοιποὺς ἀπήλασεν εἰς [g] Βεμέσελιν πόλιν, καὶ ταύτην καταῤῥαμβῶν αἰχμαλώτους ἀνήγαγεν εἰς Ἱεροσόλυμα. προῆκτο δ' αὐτῷ, δι' ὑπερβολὴν ὀργῆς, εἰς ἀσέβειαν [h] τὰ περὶ ὠμότητος. τῶν γὰρ [i] ληφθέντων εἰς ὀκτακοσίους ἀναστανρώσας ἐν μέσῃ τῇ πόλει, γυναῖκάς τε καὶ τέκνα αὐτῶν [k] ἀπέσφαξε ταῖς ὄψεσι καὶ ταῦτα πίνων καὶ συγκαλακείμενος ταῖς παλλακίσιν [l] ἀφεωρᾶτο. τοσαύτη δὲ κατάπληξις [m] εἶχε τὸ δῆμον, ὥς τε τοὺς ἀντιστασιαστῶν καὶ τοὺς ὀπισθεν νύκτα φυγεῖν ὀκτακισχιλίους ἐξ Ἰουδαίας ὅλης, οἷς ὅρος τῆς φυγῆς ὁ Ἀλεξάνδρου θάνατος κατέστη. τέλος δὲ, τοιούτοις ἔργοις ὀφθεὶς καὶ μόλις ἡσυχίαν τῇ βασιλείᾳ πορίσας, ἀνεπαύσατο τῶν ὅπλων.

ζ'. Γίνεται δὲ αὐτῷ πάλιν ἀρχὴ θορύβων [n] Ἀντίοχος, ὁ καὶ [o] Διόνυσος ἐπικληθεὶς, [p] Δημητρίου μὲν ἀδελφὸς, ὢν, [q] τελευταῖος δὲ τῶν ἀπὸ Σελεύκου. τοῦτον γὰρ δείσας, στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς Ἄραβας ὁρμημένον, τὸ μεταξὺ [r] τῆς Ἀντιπατρίδος παρορίου καὶ τῶν Ἰόππης αἰγιαλῶν διαταφρεύσας φάραγγι βαθείᾳ. πρὸ δὲ τῆς τάφρου τεῖχος ἤγειρεν ὑψηλὸν, καὶ ξυλίνους πύργους ἐπετεκτήνατο, τὰς εὐμαρεῖς ἐμβολὰς ἀποφράττων. ὁ μὲν εἴρξαί γε τὸν Ἀντίοχον ἴσχυσεν. ἐμπρήσας γὰρ τοὺς πύργους καὶ τὴν τάφρον χώσας, διήλαυνε [s] μὴ τῆς δυνάμεως. θέμενος δ' ἐν δευτέρῳ τοῦ πρὸς τὸν κωλύσαντα ἄμυναν, εὐθὺς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας ἦλθ. τῶν δὲ ὁ βασιλεὺς, [t] ἀναχωρῶν εἰς τὰ

5. Attamen utrosque excipit Alexander mille quidem equitibus, peditibus vero mercenariis octo millibus: ipsi etiam aderant ex Judæis qui ei bene volebant ad decem millia. Erant autem ex adversa parte equitum quidem tria millia, peditum vero quadraginta millia. Et priusquam manus consererent, tentabant per præcones reges utrinque, an *aliquot* ad defectionem solicitare possent: Demetrius quidem Alexandri mercenarios; Alexander vero Judæos qui cum Demetrio erant ad se pertrahere sperans. Sed cum * neque Judæi ab iracundia cessarent, neque fidem Græci desererent, armis jam cominus decernebant. Cæterum pugna superior erat Demetrius, quamvis Alexandri mercenarii multa magno animo fortique manu facta ostenderunt. Eventus autem pugnæ utrisque præter opinionem cessit. nam neque Demetrio *licet* victori adhæsere qui eum acciverant; & fortunæ mutatæ misericordia sex Judæorum millia ad Alexandrum, qui in montes effugerat, se contulerunt. Hanc *rerum* inclinationem ferre non potuit Demetrius; sed Alexandrum jam quidem ratus iterum pugnando esse, gentemque universam ad ipsum transire, mox inde digressus est.

Alexander à Demetrio superatur. Antt. l. 13. c. 14. §. 1.

6. Non tamen reliqua multitudo, ex militis auxiliarii discessu, simultates deposuit: sed bello continuo tam diu cum Alexandro decertabat, donec is plerisque interfectis cæteros in urbem Bemeselim compulit, eaque eversa in Hierosolyma captivos abduxit. Verum immoderata fecit iracundia, ut crudelitas ejus ad impietatem usque procederet. nam captorum octingentis in media civitate cruci suffixis, mulieres earumque liberos mutuo in conspectu necavit: atque ista inter potandum & cum concubinis suis recubans aspiciebat. Tantus autem populum terror invasit, ut adversæ partis homines usque ad octo millia nocte sequente extra Judææ fines se proriperent, quibus exsilii finem attulit mors Alexandri. Tandemque, cum ejusmodi factis sero ægreque regno tranquillitatem dedisset, ab armis requievit.

Alexander sævit in Judæos. Antt. l. 13. c. 14. §. 12.

7. Rursus autem ei turbas creavit Antiochus, qui etiam Dionysus dictus est, Demetrii quidem frater, Seleucidarum vero ultimus. Hunc enim veritus, qui in Arabas expeditionem fecerat, totum quidem super Antipatrida montibus proximum & inter Joppes littora spatium fossa profunda dissecuit: ante fossam vero murum arduum erexit, turresque ligneas, ut faciles aditus obstrueret, fabricandas curavit. Non tamen Antiochum arcere valuit: nam turribus exustis fossaque repleta, *illac* cum copiis *suis* transit. nulla autem ratione habita eum à quo prohibitus fuerat ulciscendi, protenus in Arabas contendit. Horum autem rex, abscedens in regionis

IV. *Antiochus Dionysus in Judæos expeditionem facit. Antt. l. 13. c. 15. §. 1.*

x Ἱππεῦσι μὲν χιλίοις] Ἱππεῦσι μὲν χιλίοις μισθοφόροις, πεζοῖς δὲ *Bod.* ἱππεῦσι μὲν, χιλίοις μισθοφόροις πεζοῖς δὲ ὀκτὼ. *Rost.*

y Ὀκταχιλίοις.] In *Antt.* l. 13. c. 14. §. 1. Ἀλέξανδρος δὲ μὲν μισθοφόρων ἑξακισχιλίων καὶ δισχιλίων, Ἰουδαίων τε περὶ δισμυρίους, οἳ ἐφρόνουν τὰ ἐκείνου, θαλαττῶν ἀνέπτηκει τῷ Δημητρίῳ.

z Μυρίους] Χιλίους *Bod.* & *Rost.*

a Καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν] *Rost.* Καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν. *Lugd. Bat.* καὶ πρὶν ἕκαστον εἰς χ. ε.

b Θυμοῦσθαι,] *Lugd. Bat.* ὠθύμουν.

c Ἐπαύοντο πίστεως,] Διεπαύοντο *Bod.*

d Παρὰ δόξαν] *Cas.* παράδοξον.

e Εἰς] Abest a *Rost.*

f Τόγε λοιπὸν πλῆθος,] Τὸγε πλῆθος *MS. Lipsi.* SPANH.

g Βεμέσελιν] Βεθόμη πόλει. ἀρχ. lib. 13. c. 14. §. 2. SPANH. Βεθόμην *Antt.* l. 13. c. 14. §. 2. unde suspicatur *Relandus* in Palæst. p. 623. Βεμέσελιν corrupte scribi pro Βεθόμων πόλιν.

h Τὰ περὶ ὠμότητος.] Τὸ περὶ ὠμ. *Bod. Big.* & *Voss.*

i Ληφθέντων εἰς ὀκτακοσίους] Ληφθέντων *Bod.* εἰς abest a *Rost.*

k Ἀπέσφαξε] *Cas.* καθέσφαξε. ut & *Lugd. Bat.* καθέσφαξεν *Rost.*

l Ἀφεωρᾶτο.] Ἀφεώρα *Voss.* & *Big.*

m Εἶχε τὸ δῆμον,] Κατεῖχε *Bod.*

n Ἀντίοχος,] Φιλίππου. ἀρχ. lib. 13. c. 15. §. 1. vid. *Oxon.* SPANH.

o Διόνυσος ἐπικληθεὶς,] Διονύσιος perperam in *Bas.* & *Gen.* Vide ad *Antt.* l. 13. c. 15. §. 1. Ita *Antt.* l. 13. c. 15. & recte; est enim Liberi Patris cognomen aliis quoque regibus usurpatum. In impressis male legi Διονύσιος, cum ex multis constat scriptoribus, tum ex hujus Antiochi nummis admodum frequentibus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ inscriptis. ALDR.

p Δημητρίου μὲν ἀδελφὸς ὤν,] Φιλίππου *Antt.* l. 13. c. 15. §. 1. Utrumque recte. Nam Antiochus Grypus quinque filios reliquit; Seleucum Epiphanem, Antiochum & Philippum gemellos, utrumque cognomine Philadelphum, Demetrium Eucærum, & Antiochum Dionysum: horum omnium meminit *Josephus.* ALDR.

q Τελευταῖος] Neque enim numerandum censet *Josephus* Antiochum illum Asiaticum sive Commagenum, qui cum totis 14 annis, quibus Syriam obtinebat Tigranes, latuisset potius quam regnasset, tandem σὺν ταῖς ἀσχολίαις ταῖς Πομπηίου annum unum adeo non regnavit, ut ne habenti quidem regnum adimere se dixerit Pompejus. *Appian.* in *Syr.* p. 133. *Justin.* LXI. 2. ALDR.

r Τῆς Ἀντιπατρίδος] Ἀντιπατρίδα infra cap. 21. §. 9. SPANH. τοῦ τῆς Ἀντιπ. *Lugd. Bat.* τῆς παλαιστίνης *Rost.*

s Μᾶλλον τῆς δυνάμεως.] Delet τῆς *Rost.*

t Ἀναχωρῶν εἰς] Ἀναχωρήσας ἦν. *Big. Bod. Rost.* & *Voss.*

* Neque Judæi sacramenta, neque Græci fidem contemnerent, *Rus.*

nis loca pugnæ commodiora, dein cum equitibus derepente conversus, (numero autem erant ad decem millia) Antiochi milites, priusquam in ordinem cogerentur, adoritur. Verum acri prælio commisso, quamdiu quidem supererat Antiochus, impetum sustinebat ejus exercitus, quamvis magnam in eo stragem ediderint Arabes: ubi vero cecidit (nam & periculis semper se objiciebat ut victis succurreret) terga dant omnes, & ex illis quidem plerique partim in acie partim in fuga absumuntur, reliquis vero, in vicum Canam dilapsis, necessariorum inopia perire contigit, præter admodum paucos.

Antiochus ab Arabibus lacessitus. Antt. l. 13. c. 15. §. 1.

In prælio cadit. Antt. l. 13. c. 15. §. 1.

8. Deinde Damasceni, ex suo erga Ptolemæum Mennæi filium odio *inveterato*, Aretam sibi adsciscunt, & Cœles-Syriæ regem constituunt. Iste autem expeditionem facit in Judæam, cumque prælio vicissent Alexandrum, ex pactione discessit. Cæterum Alexander Pella capta Gerasam rursus petiit, Theodori divitiarum cupiditate: cumque triplici muro valloque custodes cinxisset, locum vi expugnat. Porro Gaulanam & Seleuciam subvertit, & Antiochi vallem, ut appellatur: insuper ubi Gamala validum castellum ceperat, & Demetrio in eo imperanti multa ob crimina provinciam ademerat, in Judæam revertitur, triennio in expeditione consumpto. Libenter autem à gente exceptus est, ob res prospere gestas: & quam primum à bello requievit, in morbum incidit. Et quoniam febri quartana laboravit, depulsum iri morbum credidit, si rursus negotiis sese admoveret. qua re fiebat, ut, cum intempestivæ militiæ sese daret, & ultra vires corpus laboribus vexaret, diem supremum obierit. Moritur itaque mediis in tumultibus, cum septem & viginti annos regnasset.

Aretas Cæles-Syriæ rex. Antt. l. 13. c. 15. §. 2.

Vincit Alexandrum. Antt. l. 13. c. 15. §. 2.

Alexander multas urbes in potestatem suam redigit. Antt. l. 13. c. 15. §. 4.

Moritur. Antt. l. 13. c. 15. §. 5.

χρησιμώτερα τ χώρας [v] πρὸς τ μάχην, ἔπειτα [x] τ ἵππον ἐξαίφνης ὑπιστρέψας, μυρία δ' ἦν τ ἀριθμὸν, [y] ἀτάκτοις ὑπιπίπτει τοῖς περὶ τ Αντίοχον. καρτερᾶς δὲ [z] μάχης γενομένης, ἕως μὲ περὶν Αντίοχος ἀντεῖχεν ἡ δύναμις αὐτῷ, καίπερ ἀνέδην ὑπὸ τῶν Ἀράβων φονευόμενοι. πανταχόθεν γὰρ προκινδύνευεν ἀεὶ τοῖς ἡττωμένοις βοηθῶν, ἐγκλίνουσι πάλιν, καὶ τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν, ὑπό τε τ πλάξεως, [a] καὶν τῇ φυγῇ διεφθείρετο, τὰς δὲ λοιπὰς, [b] καταφυγόντας εἰς Κανὰ κώμην, σπάνει τ ἐπιτηδείων ἀναλωθῆναι συνέβη πλὴν ὀλίγων ἄπαντας.

η'. Ἐκ τούτου Δαμασκηνοὶ διὰ τὸ πρὸς Πτολεμαῖον τ [c] Μεννάιου μῖσος, Ἀρέταν ἐπάγονται, καὶ καθιστῶσι Κοίλης Συρίας βασιλέα. στρατεύει δ' οὗτος ἐπὶ τ Ιουδαίαν, καὶ μάχη νικήσας Ἀλέξανδρον, [d] κατ' συνθήκας ἀνεχώρησεν. Ἀλέξανδρος δὲ, [e] Πέλλαν ἑλὼν, ἐπὶ [f] Γέρασαν [g] ἦλθε [h] πάλιν, τ Θεοδώρου χρημάτων γλιχόμενος. καὶ τρισὶ τοῖς φρουροῖς περιβόλοις [i] ἀπτειχίσας, διὰ μάχης τὸ χωρίον προσλαμβάνει. καταστρέφεται δὲ καὶ [k] Γαυλάνην, καὶ Σελεύκειαν, καὶ [l] τ Αντίοχου φάραγγα καλουμένην πρὸς οἷς Γάμαλα φρούριον καρτερὸν ἑλὼν, τ ἄρχοντα Δημήτριον ἐν αὐτῷ [m] περιδύσας ἐκ πολλῶν ἐγκλημάτων, ἐπάνεισιν [n] εἰς Ιουδαίαν, τρία πληρώσας ἔτη τ στρατιᾶς. ἀσθενὴς δ' ὑπὸ τ ἔθνους [o] προσεδέχθη διὰ τ εὐπραγίαν, καὶ λαμβάνει τ ἀνάπαυσιν τ πολεμεῖν, διὰ νόσον. [p] τεταρταίαις δὲ περιόδοις πυρετῷ συνεχόμενος, ὡήθη [q] διακρουσαμένου [r] τ νόσον, πάλιν ἀφάμενος πραγμάτων. διὸ δὴ στρατείαις [s] ἀκαίροις ἑαυτὸν [t] ἐπιδιδοὺς, καὶ βιαζόμενος πρὸς δύναμιν τὸ σῶμα πρὸς τὰς ἐπιστρατείας, ἀπήλλαξε. τελευτᾷ γὰρ ἐν μέσοις τοῖς θορύβοις στρεφόμενος, βασιλεύσας ἑπτὰ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη.

CAP. V.

Regnante per novennium Alexandra, imperium penes Pharisæos.

Alexandra regnat. Antt. l. 13. c. 16. §. 1.

REgnum autem Alexandræ conjugi suæ reliquit, Judæos ei vel maxime dicto audientes fore non dubitans; quod cum longe ab ejus crudelitate abesset & legum violationi obsisteret, populi benevolentiam sibi conciliarit. Neque spes eum fefellit. namque muliercula, ex opinione quam de pietate præbuerat, principatum obtinuit: quippe quæ mores gentis patrios probe noverat, &

ΚΕΦ. ε'.

Αλεξάνδρας ἔτεσιν ἐννέα βασιλευούσης, τ ἀρχὴν ἔχουσιν οἱ Φαρισαῖοι.

ΚΑταλείπει δὲ τ βασιλείαν Αλεξάνδρα τῇ γυναικὶ, πεπεισμένος ταύτῃ μάλιστα νῦν [u] ὑπακούσασθαι τοὺς Ιουδαίους, ἐπειδὴ τ ὠμότητος αὐτῆς μακρὰν ἀπέδοσα, καὶ ταῖς πατρίοις [x] ἀνθιστάμενη, τ δῆμον εἰς εὔνοιαν προσηγάγετο. καὶ διέμαρτε τ ἐλπίδος. ἐκράτησε γὰρ τ ἀρχῆς τὸ γύναιον, διὰ δόξαν εὐσεβείας. [y] ἀκριβῶς γὰρ δὴ τ ἔθνους μάλιστα τὰ πάτρια, καὶ τοὺς πλημ-

---

v Πρὸς τὴν μάχην,] *Rost.* Πρὸ τ μάχης.

x Την ἵππον] Nota την ἵππον femininum de *Equitatu*, ut sæpe apud Poëtas; Æschyl. Pers. v. 315. & quæ ibi noto. SPANH.

y Ατάκτοις ἐπιπίπτει] *Casaub.* ἀτάκτως & *Rost.* qui ἀτάκτως περιπίπτει, commodius *Lugd. Bat.* ὑτακτέως περιπίπτει, sed placet magis vulgata lectio. HAV.

z Μάχης] *Lugd. Bat.* τ μάχης.

a Κὰν τῇ φυγῇ] Καὶ τ φυγῆς *Bod. Rost.* & *Lugd. Bat.*

b Καταφυγόντας εἰς Κανὰ κώμην,] Κανὰ Syriæ ἀρχ. lib. 13. c. 15. §. 1. & lib. 15. c. 5. §. 1. Καναθα ἄλσος, lib. 1. c. 19. §. 2. & Euseb. קנת *Num.* 32. 41. *Ox.* SPANH.

c Μεννάιου μῖσος,] Μεναίου & ita ἀρχ. lib. 13. c. 15. §. 2. Cœles S. SPANH. Ita *Big.* & *Bod. Rost.* Μιναίου *Bas.* & *Gen.* cum *aliis*. Mallem τ Μιναῖον ex Antiq. l. 13. c. 16. §. 3. atque ita forsan legendum Antiq. l. 14. c. 15. §. 2.

d Κατὰ συνθήκας ἀνεχώρησεν.] Επὶ συνθήκαις in *Antt.* ibidem.

e Πέλλαν ἑλὼν,] Conf. inf. lib. 2. c. 18. §. 1. ut & lib. 3. c. 3. §. 3. Φιλαδελφηνῆ & Γεράζοις ut in *MSS. Lipsiens.* benè & firmatum, non Γεράροις. SPANH. Δίαν vel Δῖον *Antt.* ibidem §. 3. *Stephanus Byzantinus* septem urbes ennumerat hoc nomine appellatas; harum septima est Κοίλα Συρίας, κτίσμα Αλεξάνδρου, ἡ & Πέλλα. *Josepho*, *Plinio*, *Ptolemæo* Pella & Dium sunt vicinæ urbes, sed diversæ. *Jos. Antt.* l. 14. c. 4. §. 4. *Plin.* V. 18. *Ptol.* V. 15. ALDR.

f Γέρασαν] Ita *Big. Rost. Bod. Voss.* & ipse alibi *Josephus*. Γέρασα & Γήρα in *Impressis*. Εοσαν *Antt.* l. 14. c. 4. §. 4.

g Ηει] *Lugd. Bat.* ηκει.

h Πάλιν,] Ita *Voss. Big.* & *Rufin.* πόλιν in *Impressis*.

i Απολειχισας,] Απολειχίζειν *circumdare*. Vide Epictetum REI. ἐπιλειχίζας *Rost.*

k Γαυλάνην,] Vide ad Antiq. l. 13. c. 15. §. 3.

l Την Αντιόχου φάραγγα καλουμένην.] Conf. Antt. lib. 13. c. 15. §. 3. Polyb. lib. 5. p. 403. de Seleuciæ situ, την Σελευκίαν συμβαίνει κεῖσθαι διειργμένην φάραγγι κοίλῃ & δυσβάτῳ. SPANH.

m Περιδύσας ἐκ πολλῶν ἐγκλημάτων,] Ita *MSS.* ALDR. ipseque *Josephus* in Antiq. ibidem. περιδήσας in *Editis*.

n Εἰς Ιουδαίαν,] Voculam την intulerit *Lugd. Bat.*

o Προσεδέχθη] Simpliciter ἐδέχθη *Rost.* & *Lugd. Bat.*

p Τεταρταίαις δὲ περιόδοις πυρετῷ] Τεταρταίῳ πυρετῷ &c. *Antt.* lib. 13. c. 15. §. 2. SPANH.

q Διακρουσαμένου] *Lugd. Bat.* Διακρούσεσθαι.

r Τὴν νόσον,] Τὴν ἀρρωστίαν *Big. Bod. Voss.* & *Rost.*

s Ακαίροις] *Rost.* ἀκαίρως.

t Επιδιδοὺς, & βιαζόμενος] Distinctionem & voculam & tollit *Lugd. Bat.*

u Υπακῦσαι] *Lugd. Bat.* ἐπακῦσαι.

x Ανθισταμένη, τ δῆμον εἰς εὔνοιαν] *Rost.* & *Lugd. Bat.* ἱστα μένη τ δῆμον, πρὸς. (*Lugd. Bat.* εἰς) εὖν.

y Ηκρίβου γὰρ δὴ] Medium γὰρ tollit *Rost.*

πλημμελῆντας εἰς τὰς ἱερὰς νόμους ἐξ ἀρχῆς [z] ἀπεζάλετο. δύο δ' αὐτῇ παίδων ὄντων ἐξ Αλεξάνδρου, τ μὲν πρεσβύτερον Υρκανὸν, ἀφ' τε τ ἡλικίαν [a] ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα, καὶ ἅλλως ὄντα νωθέστερον [b] ἢ ὡς τε σχολεῖν περὶ τῶν ὅλων. τὸν δ νεώτερον Αριστόβουλον, ἀφ' θερμότητα κατεῖχεν ἰδιώτιμον.

β'. Παραφύναι δὲ αὐτῇ εἰς τ ἐξουσίαν [c] Φαρισαῖοι, σύνταγμά τι Ιουδαίων, [d] δοκοῦν εὐσεβέστερον εἶναι τῶν ἄλλων, καὶ τὰς νόμους [e] ἀκριβέστερον ἀφηγεῖσθαι. τούτοις πειστὸν δή τι προσεῖχεν ἡ Αλεξάνδρα, σεβομένη περὶ τὸ θεῖον. οἱ δὲ τ ἁπλότητα τῆς ἀνθρώπου κατὰ μικρὸν ὑπιόντες, ἤδη καὶ διοικηταὶ τῶν ὅλων ἐγίνοντο, διώκειν τε καὶ κατάγειν ὃς ἐθέλοιεν, λύειν τε [f] καὶ δεῖν. καθόλου δ' αἱ μὲν ἀποδείξεις τ βασιλείας ἐκείνων ἦσαν, τὰ δὲ ἀναλώματα καὶ αἱ δυσχέρειαι τ Αλεξάνδρας. δεινὴ δ' ἦν τὰ μείζω διοικεῖν, δύναμίν τε ἀεὶ συγκροτοῦσα, διπλασίονα κατέστησε, καὶ ξενικὴν συνήγαγεν οὐκ ὀλίγην. ὡς μὴ μόνον [g] κρατύνεσθαι τὸ οἰκεῖον ἔθνος, [h] ἀλλὰ καὶ φοβερὰν τοῖς ἔξωθεν εἶναι δυνάσταις. ἐκράτει δὲ τῶν μὲν ἄλλων αὐτὴ, Φαρισαῖοι δ' αὐτῆς.

γ'. Διογένην γέν τινα τῶν ὀπαδῶν, φίλον Αλεξάνδρῳ γεγενημένον, κτείνυσιν αὐτοὶ, σύμβολον ἐγκαλοῦντες γεγονέναι περὶ τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τ βασιλέως ὀκτακοσίων. ἔπεμπον δὲ τ Αλεξάνδραν εἰς τὸ καὶ [i] τὰς ἄλλας [k] διαχειρίσασθαι τῶν παροξυνάντων ἐπ' ἐκείνης τ Αλέξανδρον. [l] ἐνδιδόασι δ' ὑπὸ [m] δεισιδαιμονίας, ἀνῄρουν ὃς ἐθέλοιεν [n] δ' αὐτοί. προσφεύγουσι δὲ Αριστοβούλῳ τῶν κινδυνευόντων οἱ προὔχειν δοκοῦντες. καὶ πείθει τ μητέρα, [o] φείσασθαι μὲν διὰ τὸ ἀξίωμα τῶν ἀνδρῶν. ἐκπέμψαι δ' αὐτοὺς, εἰ μὴ καθαροὺς ὑπείληφεν, ἐκ τ πόλεως. οἱ μὲν οὖν, δοθείσης ἀδείας, ἐσκεδάσθησαν ἀνὰ τ χώραν. Αλεξάνδρα δὲ ἐκπέμψασα ἐπὶ Δαμασκὸν στρατιὰν, πρόφασις δ' ἦν Πτολεμαίῳ ἀεὶ θλίβων τ πόλιν, ταύτῃ μὲ [p] ὑπεδέξατο μηδὲν ἀξιόλογον [q] ἐργασαμένην. Τιγράνην δὲ τ Αρμενίων βασιλέα προσκαθεζόμενον [r] Πτολεμαΐδι, καὶ πολιορκοῦντα Κλεοπάτραν, συνθήκαις καὶ δώροις ὑπηγάγετο. φθάνῃ δ' ἐκεῖνος ἀπαναστὰς ἀφ' τὰς οἴκοι ταραχὰς, ἐμβεβληκότος εἰς τ Αρμενίαν [s] Λευκύλλου.

δ'. Καὶν τούτῳ νοσούσης Αλεξάνδρας, ὁ νεώτερος τ παίδων Αριστόβουλος, τ καιρὸν ἁρπάσας, μετ τ οἰκετῶν, εἶχε δὲ πολλοὺς καὶ πάνυ εὐνους ἀφ' τ θερμότητα, [t] κρατεῖ μὲν τῶν ἐρυμάτων ἁπάντων. τοῖς δ' ἐκ τούτων χρήμασι μισθοφόρους ἀθροίσας, ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι βασιλέα. πρὸς ταῦτα, ὀδυρόμενον τ Υρκανὸν ἡ μήτηρ οἰκτείρασα, τ τε γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας [v] Αριστοβούλου quotquot leges sacras temeraſſent * poteſtate *omni* exuebat. Cum autem duos filios ex Alexandro haberet, natu quidem maximum Hyrcanum, & propter ætatem pontificem facit, & quod præterea ſegnior eſſet quam ut de rerum ſumma ei moleſtiam faceſſeret; minorem vero Ariſtobulum, quod fervidioris eſſet ingenii, inter privatæ vitæ officia continebat. *Hyrcanus & Ariſtobulus Alexandri filii. Antt.* l. 13. c. 16. §. 1. *Hyrcanus fit pontifex. Antt.* l. 13. c. 61. §. 2.

2. Ei autem ſeſe ad poteſtatem *participandam* adjungunt Phariſæi, factio quædam Judæorum, qui præter alios pietatem colere putarentur, & peritius leges interpretari. Ob eam cauſam eo magis eis auſcultabat Alexandra, utpote religioſa erga Deum. Illi autem in fœminæ ſimplicis conſuetudinem paulatim ſe inſinuantes, ſtatim res omnes gubernant & moderantur, ita ut quoſvis pro libidine in exſilium pellant & ab eo revocent, ſolvant ligentque. in univerſum & illi regni quidem commodis fruebantur, expenſas vero & difficultates Alexandra perferebat. Eadem autem artis gnara erat res arduas adminiſtrandi; atque copiis colligendis ſemper intenta, duplo majorem conſtituit exercitum, & non pauca ſibi comparavit auxilia peregrina: adeo ut gentis ſuæ vires auxerit, ſeque dynaſtis exteris metuendam reddiderit. In alios autem imperium ipſa quidem habebat, in ipſam vero Phariſæi. *Pharisæi Alexandræ ſese adjungunt. Antt.* l. 13. c. 16. §. 2. *In omnibus dominantur. Antt.* l. 13. c. 16. §. 2.

ς'. Ἐνθα δὴ καὶ Σίλων ἀπεκαλύψατο τὴν δωροδοκίαν. ὑποσκευασάμενος γὰρ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν, σπάνιν ἐπιτηδείων ἀναβοᾶν, καὶ [s] χρήματά τε εἰς τροφὰς ἀπαιτεῖν, [t] ἀπαγαγεῖν τε σφᾶς χειμερινὰς εἰς τοὺς ὑπηνέμους τόπους, [v] ἐπειδὴ τὰ περὶ τὴν πόλιν ἦν ἔρημα, πάντα τῶν περὶ Ἀντίγονον προανασκευασαμένων, ἐκίνει τε τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀναχωρεῖν ἐπειρᾶτο. Ἡρώδης δ'

b Καταλίποιτο] Λίποιτο *MS. Lipsi.* Spanh.

c Συνῆπτο δ'] Συνῆπτο δ' &c. i. e. *His & Silo se libenter adjunxit, cur exercitum moveret causam nactus. Cumque illi persequentes instarent Judæi, hos excurrens Herodes cum parva manu cito vertit in fugam, & Silonem servat ægre se defendentem.* Aldr.

d Ἀπαναστάσεως] Ἐπαναστάσεως in uno *MS.*

e Ἐπὶ τούτοις] *Rost.* Ἐπὶ τούτοις.

f Βεβαίου.] Εὐεβαίου perperam *Bod. Voss.* & *Rost.*

g Ἀντίγονος] *Rost.* Ἡδὴ Ἀντίγονος.

h Τοὺς πολεμίους ἔβλαπτεν.] Τοὺς περὶ Ἡρώδην πολεμίους *Bod.* & *Rost.*

i Ῥῆσσαν τὸ φρούριον,] Ita ex *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2. Θῆσσαν in *Editis. Rig. Bod. Lipsi.* & *Voss.* Vide ad *Antt.* l. 14. c. 13. §. 9. & de Bello l. 10. c. 13. §. 2. Conf. sup. c. 13. §. 8. Spanh. *Rost.* Ῥίσαν. *Lugd. Bat.* Ῥήσαν.

k Ταύτῃ φύλακες ἐτόξευόν τε & ἐξηκόντιζον] Ita *Big.* & *Bod.* & *Lugd. Bat.* favente *Josepho* in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2. ταύτης in *ceteris.* Huds. Ταύτῃ *MS. Big. Bod.* ὁ εἰς αὐτοὺς *Voss. Ox.* πρὸς αὐτοὺς *Antt.* lib. 14. c. 15. §. 2. Spanh.

l Αὐτούς.] Εἰς αὐτοὺς *Voss.* πρὸς αὐτοὺς in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2.

m Ἐπὶ τοῦ τείχους] Περὶ τὸ τεῖχος *Lipsi. Bod.* & *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2.

n Ἐκέλευεν] *Rost.* Προσέταξεν.

o Παρῇ] Ita *Lugd. Bat.* Παρῇ τῆς πόλεως καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ δήμου *Bod.*

p Τῷ δήμῳ καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως,] *Rost.* Ita transponit τῆς π. καὶ ε. σ. τῷ δήμῳ.

q Φανερὰς ἐχθρούς] Vocem φανερὰς desiderant *Impressi*; quare ex *Lipsi. Big. Voss. Ruf.* & *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2. eam addidi. Φανερῶς *Bod.* & *Rost.* Huds. Φανερὰς ἐχθρὰς è *MS. Big.* & *Voss. Lipsi.* & *Antt.* lib. 14. c. 15. §. 2. ac *Rufin* Oxon. Spanh.

r Τὸ λοιπὸν] Τὸ λοιπὸν Ἀντίγονον ex *Antt.* lib. 14. c. 15. §. 2. *Ox.* Spanh.

f Ἀμύνασθαι] Ita *Big. Bod.* & *Voss.* necnon ipse *Josephus* in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2. ἀμύνεσθαι in *Editis Aliisque. Rufinus* vertit, *quod reliquum erat, suis imperat murorum defensores deturbare.* Ut tollatur, inquit *Aldrichius*, hujus loci ambiguitas, lege ex *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2. τὸ λοιπὸν Ἀντίγονος, atque ἀμύνασθαι τοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους expone *à mœnibus hostes arcere.* Verum, si hoc fiat, aut τοὺς delendum, aut in αὐτοὺς mutandum censeo. Vide infra cap. 16. §. 6. Huds. Ut tollatur hujus loci Ambiguitas, τὸ λοιπὸν Ἀντίγονος lege, autore Josepho *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2. Quod si fiat, etiam ἀμύνασθαι τοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους exponendum est *à mœnibus hostes arcere.* Aldr.

s Χρήματά τε εἰς τροφὰς] Χρήματα ταῖς τροφαῖς in *aliquot MSS.* Χρήματα ταῖς τροφαῖς *MSS. Lipsi.* Spanh.

t Ἀπαγαγεῖν] Ita *Big. Bod. Voss.* & *Antt.* l. 14. c. 15. §. 3. ἀπάγειν τε in *Editis Aliisque.* Huds. Ἀπαγαγεῖν *MSS. Ox.* Spanh.

v Ἐπειδὴ τὰ περὶ τὴν πόλιν ἦν ἔρημα,] *Rost.* Ita legit & distinguit ἐπειδὴ τ. π. τ. πόλιν, ἔρημα πάντα π. A. π.

* Et præpositum habebant præmium necessarium Massadam, ut primum affines suos obsidione liberaret, *Ruf.* Et quidem oppidum Masada propositum his erat, certamen omnium maxime necessarium. *Cas.* ad *Polyb.* p. 47. *Josephus* eleganter operis faciendi vel facti summam appellare solet ἀγώνισμα. Huds. *in Addendis. Sed necesse erat Massada potiri & ante omnia affines suos obsidione liberare.* Aldr.

† Silo autem jungit agmina, invenisse gaudens resistendi occasionem, quod eum persequutio premeret Judæorum. Hos autem Herodes, parvæ manus excursatione perterritos, mature in fugam vertit, & Silonem male repugnantem periculo eripit, *Ruf.*

‡ Cur Exercitum moveret causam nactus *Ox.* Spanh.

* A mœnibus hostes arcere *Oxon.* Spanh.

δ' ἐντυγχάνων τοῖς τε [x] ὑπὸ τ Σίλωνα ἡγεμόσι, καὶ τῷ πλήθει τοῖς στρατιώταις, ἐδεῖτο μὴ καταλιπεῖν αὐτὸν, ὑπό τε Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου καὶ τ συγκλήτου προπεμφθέντα· λύσειν γὰρ αὐθημερὸν αὐτοῖς τὰς ἐπηρίας. καὶ, μετὰ τ δέησιν, εὐθέως ὁρμήσας αὐτὸς εἰς τ χώραν, τοσαύτῳ αὐτοῖς ἐπιηδείων ἀφθονίαν [z] ἐκόμισεν, ὡς πάσας ἐπισχεῖν τὰς Σίλωνος προφάσεις. εἵς τε τὰς ἑξῆς ἡμέρας μὴ ἀφαλιπεῖν τ χορηγίαν προνοούμενος, ἐπέστελλε τοῖς περὶ Σαμάρειαν, ὡρείοντο ἡ πόλις [a] αὐτῷ, σῖτον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ βοσκήματα καταγειν εἰς Ιεριχοῦντα. ταῦτ' ἀκούσας Αντίγονος, διέπεμψε [b] κατὰ τ χώραν, εἴργειν καὶ λοιπὸν τὰς σιτηγοὺς κελεύων. οἱ δ' ὑπήκουον, καὶ πολὺ πλήθος ὁπλιτῶν [c] ὑπὸ τ Ιεριχοῦντα συνηθροίσθη· διεκαθίζοντο δ' ἐπὶ τῶν ὀρέων φυλάσσοντες τὰς ταπεινὰς [d] ἐκκομίζοντας. ὁ μὲν Ηρώδης ἠρέμει, δέκα ἢ σπείρας ἀναλαβών, ὧν πέντε μὲν [e] Ρωμαϊκαὶ, πέντε δ' Ιουδαίων ἦσαν, ἔχουσαι καὶ μισθοφόρους μιγάδας, πρὸς οἷς [f] ὀλίγους τῶν ἱππέων παρέλαβεν, ἐπὶ τ Ιεριχοῦντα [g] παραγίνεται. καὶ τ μὲν πόλιν [h] καταλελειμένην εὑρίσκει. πεντακοσίους ἢ τὰ ἄκρα καταληφότας σὺν γυναιξὶ καὶ γενεαῖς, αὐτοὺς μὲν οὖν [i] ἀπολύει λαβών· Ρωμαῖοι δ' εἰσπεσόντες, τὸ λοιπὸν ἅρπαζαν, πλήρεις καταλαμβάνοντες, τὰς οἰκίας παντοίων κειμηλίων. Ιεριχοῦντα μὲν οὖν φρουρὰν ὁ βασιλεὺς καταλιπὼν ὑπέστρεψε, καὶ χειμερίζουσαν τ Ρωμαίων στρατιὰν εἰς τὰς [k] προσκεχωρηκυίας [l] πόλεις [m] διαφῆκεν, [n] Ιδουμαίαν καὶ Γαλιλαίαν καὶ Σαμάρειαν. ἐπέτυχε δὲ καὶ Αντίγονος τῷ τ Σίλωνος δωροδοκίας, [o] ὑποδέξασθαι τῷ στρατῷ μοῖραν ἐν Λύδδοις, [p] θεραπεύων Αντώνιον.

& duces Siloni subjectos conveniens, & milites in magna multitudine, rogabat *eos* ne se derelinquerent, paulo ante missum à Cæsare & Antonio & senatu: illum enim eo ipso die ab inopia eos liberaturum esse. Ac *statim* post eas preces in agros profectus, tantam eis commeatus copiam apportavit, ut omnem Siloni *discedendi* occasionem præriperet. atque providens ne deinceps cibariis *milites* deficerentur, imperabat Samariæ civibus (nam ei sese adjunxerat urbs ista) ut frumentum & vinum & oleum & pecudes Hierichunta deportarent. Hæc ubi audivit Antigonus, per agros dimisit, qui frumentatores prohibendos & circumveniendos esse juberent. Atque istis obtemperatum est, ac ingens armatorum multitudo ad Hierichuntem coacta est, & hinc inde montibus insidebant ut illos observarent qui commeatus exportabant. Non tamen Herodes quietem agebat, sed assumptis decem cohortibus, quorum quinque Romanorum, alteræ Judæorum erant, quibus permiscebantur etiam aliquot mercede conducti, ac præterea equites nonnulli, Hierichunta pervenit. Et urbem quidem *incolis* vacuam reperit, quingentos vero *homines* cum uxoribus & liberis * arces occupasse: & ipsos quidem captos dimittit; Romani vero, facto in reliquam urbem impetu, eam diripuerunt, domos omnigenis opibus refertas deprehendentes. Et rex quidem, relicto Hierichunte præsidio, reversus est, Romanumque exercitum in civitates, quæ deditionem fecerant, Idumææ *scilicet* & Galilææ & Samariæ hyematurum dimisit. Quin & Antigonus à Silone impetravit, pecuniis corrupto, ut partem *Romani* exercitus intra Lydda acciperet, captans Antonii gratiam.

Herodes Silonianis commeatum abunde suppeditat. Antt. l. 14. c. 15. §. 3.

Romani Hierichunta diripiunt. Antt. l. 14. c. 15. §. 3.

Ηρώδης τ Σέπφωριν αἱρεῖ, καὶ τοὺς ἐν σπηλαίοις λῃστὰς χειροῦται. ἔπειτα Μάχαιραν ἠμύναλο ὡς πολέμιον, καὶ πρὸς Αντώνιον χωρεῖ τοῖς Σαμοσάτοις προσπολεμοῦντα.

Herodes Sepphorim capit, & latrones in speluncis latitantes subigit: deinde à Machæra tanquam ab hoste pœnas repetit, & ad Antonium Samosata oppugnantem proficiscitur.

ΚΑΙ Ρωμαῖοι μὲν ἐν ἀφθόνοις διῆγον, ἀνειμένοι τῶν ὅπλων. Ηρώδης δ' οὐκ ἠρέμει, ἀλλὰ τ μὲν [q] Ιδουμαίαν [r] διχιλίοις πεζοῖς, καὶ τετρακοσίοις ἱππεῦσι [s] διελάμβανε, πέμψας τ ἀδελφὸν Ιώσηπον, ὡς μή τι νεωτεριοῖεν πρὸς [t] Αντιγόνου· αὐτὸς δὲ τ μητέρα, καὶ ὅσους ἐκ Μασάδας οἰκείους ἐξήγαγε, μεταγαγὼν εἰς Σαμάρειαν, καὶ καταστησάμενος ἀσφαλῶς, ἦλθε τὰ λοιπὰ τ Γαλιλαίας καταστρεψόμενος, καὶ τὰς Αντιγόνου φρουρὰς ἐξελάσων.

ET Romani quidem in magna rerum abundantia vivebant, dum ab armis quiescerent. At Herodes otium non agebat, sed Idumæam peditibus bis mille & equitibus quadringentis occupabat, misso illic fratre Josepho, ne quid novi ab Antigono tentaretur. Ipse autem, matre cum aliis quos ex Masada liberaverat affinibus suis in Samariam translata, ibique in tuto collocata, in Galilæam contendit, ut cætera ejus *loca munita* expugnaret, atque Antigoni præsidia inde abigeret.

Herodes Josephum fratrem in Idumæam mittit. Antt. l. 14. c. 15. §. 4.

2. Cum-

---

[x] Ὑπὸ τ Σίλωνα] Περὶ τ Σ. *Bod.* & *Rost.* Περὶ *MS. Bod. Ox.* SPANH.

[y] Προπεμφθέντα.] *Lugd. Bat.* Πεμφθέντα.

[z] Ἐκόμισεν,] *Lugd. Bat.* Ἀνεκόμισεν.

[a] Αὐτῷ,] Ita *MSS.* αὐτῶν in *Editis.* Forte Αὐτῷ & ita *Rufinus.* SPANH.

[b] Κατὰ τὴν χώραν,] Κατὰ τὴν χώραν *MS. Lipsi.* SPANH. Ita quoque *Lugd. Bat.* & *Rost.* & *Antt.* editi περὶ. HAV.

[c] Ὑπὸ] *Rost.* Ὑπὲρ.

[d] Ἐκκομίζοντας.] Κομίζοντας in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 3. ut & in *Rost.*

[e] Ρωμαϊκαὶ,] Ρωμαίων *Lipsi.* & *Rost.* SPANH.

[f] Ὀλίγους τ ἱππέων παραλαβών] Non temere videbatur mihi in *Lugd. Bat.* exstare illud παραλαβών, nam licet in illo solo inveniatur, tamen sensum facit aptiorem, potuitque *Josephus* hic ita loqui, licet in *Antt.* verbum id omiserit. HAV.

[g] Παραγίνεται.] Γίνεται *Bod. Voss.* & *Lipsi.* HUDS. Περιγίνεται *Gen. Antt.* lib. 14. c. 15. §. 3. γίνεται *MSS. Voss. Bod. Ox.* & *MS. Lipsi.* SPANH.

[h] Καταλελειμένην] Λελειμμένην in *aliquot MS.* HUDS. Λελειμμένην *MS. Lipsi.* SPANH.

[i] Ἀπολύει λαβών.] Ἀπολαβὼν ἀπολύει *Voss. Big.* & *Lipsi.* λαβὼν ἀπολύει *Bod.* & *Rost.* in *Antt.* ἀπέλυσε λαόν.

[k] Προσκεχωρηκυίας] Προκεχωρηκυίας *MS. Big. Bod. Ox.* SPANH.

[l] Πόλεις] Πόλεις deest *Big. Voss.* & *Antt.* l. 14. c. 15. §. 3. eam hic loci retinui, ita ut cum Ιδουμαίαν subintelligatur κατὰ.

[m] Διαφῆκεν,] Conf. sup. c. 13. §. 8. SPANH.

[n] Ιδουμαίαν] Ιδουμαίαν pro Ιουδαίαν reposui ex consensu *MS. Ruf.* & *Antt.* l. 14. c. 15. §. 3. HUDS. Ιδουμαίαν *Voss. Rufin. Ox.* & *MS. Lipsi.* SPANH.

[o] Ὑποδέξασθαι] Ἀποδέξασθαι *Bod. Lugd. Bat.* & *Rost.* Ὑποδέξασθαι &c. i. e. *exercitus partem intra Lyddam acciperet, captans Antonii gratiam.* Uti recte Interpres *Antt.* l. 14. c. 15. ALDR.

[p] Θεραπεύων Αντώνιον.] Ὡς θεραπεύσων *Bod. Lat. V.* in Antigoni gratiam.

[q] Ἰδουμαίαν] Ita ex *Ruf.* & *Antt.* l. 14. c. 15. §. 4. antea erat Ιουδαίαν.

[r] Διχιλίοις πεζοῖς] Χιλίοις *Antt.* l. 14. c. 15. §. 4.

[s] Διελάμβανε,] Διαλαμβάνει *MS. Lipsi.* ii mutat idem, πρὸς Αντίγονον idem. SPANH. Διαλάμβανει in *Lugd. Bat.* quoque.

[t] Αντιγόνου.] Αντίγονον *Voss. Lipsi. Rost.* & *Big.*

* Montium cacumina, *Ruf.*

ΚΕΦ. ις'. CAP. XVI.

Herodes Sepphorim capit. Antt. l. 14. c. 15. §. 4.

2. Cumque Sepphorim, licet vehementissimè ningeret, pervenisset, facillime civitatem accipit, custodibus ejus antequam in eam impressionem faceret fuga dilapsis. ibique suis militibus, quos hyems afflixerat, recreatis (nam summa erat commeatus copia) adversus latrones in speluncis degentes profectus est; qui, magnam regionis partem incursionibus vexantes, non minoribus, quam si bellum grassaretur, cladibus incolas afficiebant. Præmissis autem tribus peditum cohortibus & equitum turma in vicum Arbelam, ipse quadragesimo die cum reliquis copiis supervenit. Nec tamen ejus incursum hostes extimuêre, sed armati obviam ibant, bellatorum peritia freti & latronum ferocitate. Prælio autem commisso, dextra ipsorum aciei pars in fugam vertit Herodis sinistram. At Herodes, cum è dextro suo cornu celeriter hostes circuivisset, opem *laborantibus* ferebat, & non solum suos è fuga revocabat, sed in persequentes irruendo impetum illorum repressit, usque dum plagas cominus illatas non sustinentes terga darent.

In Galilea cum hostibus pugnat eosque superat. Antt. l. 14. c. 15. §. 4.

3. Atque ille *eos* ad Jordanem usque cædendo persequebatur, & magnam illorum partem perimebat, reliqui vero fluvio trajecto diversis viis dilapsi sunt; quare contigit Galilæam metu *omni* liberari, nisi ab iis qui relicti erant in speluncis latitantes: eorumque causa necesse erat ut diutius ibi moraretur. Quamobrem primum militibus *aliquem* ex laboribus suis fructum reddebat, centum & quinquaginta argenti drachmas singulis dividendo: ducibusque multo plures misit in stationes ubi hyemabant. Pheroræ autem, fratrum suorum natu minimo, mandabat, ut, quod ad rerum venalium copiam attinet, illis prospiceret & consuleret, & Alexandrium communiret. atque ille rem utramque curabat.

Militibus suis largam pecuniam distribuit. Antt. l. 14. c. 15. §. 4.

4. Eodem autem tempore Athenis quidem commorabatur Antonius: Ventidius vero Silonem & Herodem ad bellum contra Parthos accersebat, illis imperans ut prius Judææ res componerent. Herodes quidem libenter Silonem Ventidio dimisit, ipse vero adversus latrones speluncas tenentes expeditionem fecit. Istæ autem speluncæ in montibus erant præruptis, undique inaccessæ, & obliquas tantum & perangustas quibus ascenditur vias habentes: rupesque ab earum fronte in valles profundissimas se porrigebat, recta & confragosa declivitate, ut aliquandiu quidem rex, propter loci difficultatem quid agendum esset, dubitaret, tandemque stratagemate uteretur admodum periculoso. nam robustissimos *è suis* arculis demissos in speluncarum ostia immittit. Atque illi latrones cum familiis mactabant, ignemque repugnantibus injiciebant. Cumque ex illis nonnullos conservare vellet Herodes, ut ad se accederent per præconem jussit.

Latrones in speluncis expugnati. Antt. l. 14. c. 15. §. 5.

β'. Πρὸς ὃ τ[ὸν] [v] Σέπφωριν ἐν νιφετῷ σφοδροτάτῳ ἀφανύζας, ἅμητι ἁλοὺς τὴν πόλιν, πρὸ τῆς ἐφόδου τῶν φυλάκων ἐκφυγόντων. ἔνθα τοὺς ἑπομένους ὑπὸ τοῦ χειμῶνος κακωθέντας ἀναλαβὼν, πολλὴν δ' ἦν ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων, ὅτι τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις ὥρμητο λῃστὰς, [x] οἳ, πολλὴν τῆς χώρας καταστρέχοντες, οὐκ ἐλάττω κακὰ πολέμου διετίθεσαν τοὺς ἐπιχωρίους. προπέμψας ὃ πεζῶν τρία τέλη, καὶ μίαν ἴλην ἱππέων πρὸς [y] Ἀρβηλα κώμην, αὐτὸς [z] μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐπῆλθε μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως. οἱ μὲν πρὸς τὴν ἔφοδον ἔδεισαν οἱ πολέμιοι, μετὰ ὅτι τῶν ὅπλων ἀπήλων, τὴν μὲν ἐμπειρίαν πολεμικὴν ἔχοντες, τὸ δὲ θράσος λῃστρικόν. συμβαλόντες [a] γοῦν τῷ σφετέρῳ δεξιῷ τὸ εὐώνυμον κέρας τῶν Ἡρώδου τρέπουσι. προελθὼν δὲ ταχέως Ἡρώδης ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτὸν δεξιοῦ, προσεβοήθει, καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον [b] ἐπέστρεφεν ἐκ τῆς φυγῆς, τοῖς δὲ διώκουσιν ἐμπίπλων, [c] ἀνέκοπτε τὴν ὁρμὴν, μέχρι τὰς χεῖρα τόμα προσβολὰς μὴ φέροντες [d] ἐνέκλιναν.

γ'. Ὁ δὲ, ἕως Ἰορδάνου [e] κτείνειν εἵπετο, καὶ πολὺν μὲν [f] αὐτῶν μέρος διέφθειρεν, οἱ λοιποὶ δὲ ὑπὲρ τὸν ποταμὸν ἐσκεδάσθησαν, ὡς τε τὴν Γαλιλαίαν κεκαθάρθαι [g] φόβων, [h] πλὴν καθόσον [i] οἱ τοῖς σπηλαίοις ἐμφωλεύοντες ὑπελείποντο· καὶ ὅτι τούτοις ἔδει ἀφατριῶν. διὸ δὴ πρῶτον τοῖς στρατιώταις τὰς ἐκ τῶν πεπονημένων [k] ὀπαρπίας ἀπεδίδου, [l] ἀφανέμων ἑκάστῳ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα ἀργυρίου, καὶ τοῖς ἡγεμόσι [m] πολυπλασίονα διέπεμψεν εἰς ὃν ἐχειμέριζον τόπων. Φερώρα δὲ τῷ νεωτάτῳ τῶν ἀδελφῶν ἐπέτελε, τήν τε ἀγορᾶς αὐτοῖς ποιεῖσθαι πρόνοιαν, καὶ [n] τειχίζειν Ἀλεξάνδρειον. καὶ εἶν [o] ἀμφοτέρων ἐπεμελήθη.

δ'. Ἐν ὃ τούτῳ, ὅτε μὲν Ἀθήνας διῆγεν Ἀντώνιος Βεντίδιος δ' ὅτι τὸν πρὸς Πάρθους πόλεμον Σίλωνά τε καὶ Ἡρώδην μελεπέμπετο, καταστήσασθαι πρότερον ἐπιτέλλων τὰ περὶ Ἰουδαίαν. [p] Ἡρώδης μὲν ἀσμένως Σίλωνα πρὸς Βεντίδιον ἀπολύσας, αὐτὸς ὅτι τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις ἐστράτευσεν. τὰ δὲ σπήλαια ταῦτα πρὸς ἀποκρήμνους ὄρεσιν ἦν εὐδαμόθεν προσιτὰ, πλαγίας δὲ [q] ἀόδους μόνον ἔχοντα στενωτάτας. ἡ δὲ κατὰ μέτωπον αὐτῶν πέτρα καθέτεινεν εἰς βαθυτάτας φάραγγας, [r] ὄρθιον ὑπορρέπουσα ταῖς χαράδραις, ὥστε τὸ βασιλέα μέχρι πολλοῦ μὲν ἀπορεῖν πρὸς οἱ ἀμήχανον τοῦ τόπου, [s] τελευταῖον δ' ὑπνοίᾳ χρήσασθαι σφαλερωτάτῃ. [t] τοὺς γὰρ ἀλκίμους καθιμῶν ἐν λάρναξιν ἑνὶ τῶν χωμίων, οἱ δὲ ἀπέσφαττόν τε αὐτοὺς σὺν γενεαῖς, καὶ πῦρ ἐνίεσαν τοῖς ἀμυνομένοις. βληθεὶς δ' ἐξ αὐτῶν καὶ [v] περισῶσαί τινας Ἡρώδης, ἐκήρυξεν [x] ἀποχωρεῖν πρὸς αὐτόν. τῶν δὲ [y] ἐθελόντων μὲν οὐδεὶς προ-

v Σέπφωριν] Conf. *Antt.* lib. 14. c. 15. §. 4. Rectè Nummi ΣΕΠΦΩΡΗΝΩΝ Spanh.

x Οἱ, πολλὴν] *Rost.* Οἱ πολλοὶ.

y Ἀρβηλα κώμην] Conf. de Vita §. 37. Spanh.

z Μετὰ τεσσαράκοντα] Id est, εἰς τεσσαρακοστὴν ἡμέραν ut in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 4. sic & cap. 13. hujus libri §. 1. μετὰ ἔτη δύο idem est quod δευτέρῳ ἔτει *Antt.* l. 14. c. 13. §. 3. & alibi sæpe. Est enim eâ loquendi formula *Josepho* admodum familiaris. Aldr. Videlis *Pagi* Criticam in *Baronii* Annales, p. 219. vol. 1. Μετὰ τεσσαρ. vid. Not. Ox. Spanh.

a Γοῦν] Δὲ *Rost.*

b Ἐπέστρεφεν] *Rost.* Ὑπέστρεψεν.

c Ἀνέκοπτε] *Lugd. Bat.* Ἀνέκοπτε.

d Ἐνέκλιναν.] *Rost.* Ἀνέκλιναν.

e Κτείνειν] Κτείνων *Big. Rost. Voss.* & *Ox.* Spanh.

f Αὐτῶν] *Rost.* Αὐτῶ.

g Φόβων,] Pro φόβων f. φόνων. Spanh.

h Πλὴν καθόσον] Conf. *Antt.* lib. 14. c. 15. §. 4. Spanh.

i Οἱ τοῖς] *Rost.* Ἐν τοῖς σπηλαίοις.

k Ἐπιαρπίας] Ἐπικαρπίας infr. lib. 6. c. 1. §. 5. militibus datas.

l Διανέμων] Ἀποτέμνων *Rost.*

m Πολυπλασίονα] Πολυπλάσιον *MS. Lipsi.* Spanh.

n Τειχίζειν Ἀλεξάνδρειον.] Ἀναλειχίζων in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 4. Ἀλεξάνδριον *Lugd. Bat.* ut passim.

o Ἀμφοτέρων] Abest a *Rost.*

p Ἡρώδης μὲν] *Lugd. Bat.* Ἡρώδης δὲ.

q Ἀόδους] Ita *Big.* recte. ἀύτους in *cæteris.* Huds. Ἀοίδους rectè *Big. Ox.* Spanh.

r Ὄρθιον ὑπορρέπουσα] Ὀρθίαις *Bod.* & *Lugd. Bat.* ὀρθίαις *Rost.*

s Τελευταῖον δ'] *Rost.* Τὸ τελευταῖον δὴ.

t Τοὺς γὰρ ἀλκίμους] Τοὺς γὰρ ἀλκ. *Bod.*

v Περισῶσαί] Sic in *omnibus MSS.* περιῶσαι in *Impressis.* Περισῶσαι omnes *MSS. Ox.* Spanh.

x Ἀποχωρεῖν] An ὑποχωρεῖν *ad ipsum se recipere?* Huds. *in Add.*

y Ἐθελόντων] Ita *Voss.* θελησίους *Big.* & *Bod.* θελησίως *Bas.* & *Gen.* Confer *Antt.* l. 14. c. 15. §. 5. ubi hoc stratagema plenius explicatur. Ubi etiam *Josephus* l. 14. c. 9. §. 2. καὶ πολλοὶ συγχωρήσαντος βασιλέως ἐπικηρυκδυσάμενοι παρέδοσαν σφᾶς ὑπηκόους. Sibi tamen non contradicit, quia nemo facit aliquid θελόντος qui quod facit factum nollet. Quare qui deditione vitam redemere, accensendi sunt τοῖς βιαζομένοις, quos non *omnes* dicit sed eorum *multos* servituti mortem prætulisse. Aldr. Θελόντος *Voss.* θελησίους *Bod. Big. Ox.* Spanh.

προσέδετο, καὶ τὸ βιαζομένων ὑπὸ πολλοὶ τὴν αἰχμαλωσίαν προεῖλοντο θάνατον. ἔνθα καὶ τῶν γηραιῶν τις ἐπὶ ταῖσιν [z] πατὴρ, μετὰ μητρὸς δεομένους τοὺς παῖδας, ὅπως τρέψαι σφίσιν ἐξελθεῖν ὅπῃ δεξιᾷ, κλείνῃ τρόπῳ τοιῶδε. καθ' ἕνα προϊέναι κελεύσας, αὐτὸς [a] ἵστατο πρὸ τοῦ θύριον, καὶ τὰ ἀεὶ προϊόντα τῶν υἱῶν ἀπέσφαττεν. ἐξ ὑπτίας ὁ Ηρώδης [b] ὑποβλέπων, τῷ τε πάθει συνεχεῖτο, καὶ τῷ πρεσβύτῃ δεξιὰν ὤρεγε, φείσασθαί [c] τε τέκνων προκαλῶν. ὁ δὲ, πρὸς οὐδὲν ἄνθρωπος τῶν λεγομένων, ἀλλὰ καὶ προσονειδίσας τὴν Ηρώδην [d] εἰς ταπεινότητα, ὅπῃ τοῖς παισὶν ἀναιρεῖ καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ καταβαλὼν τοῦ κρημνοῦ τοὺς νεκροὺς τὸ τελευταῖον καὶ ἑαυτὸν ἔρριψεν.

ε'. Χειροῦται μὲν οὕτω τὰ σπήλαια καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς Ηρώδης. καταλιπὼν δὲ τῷ στρατῷ μοῖραν, ὅσην ἀποχρήσειν ὑπελάμβανε πρὸς τὰς ἐπαναστάσεις, καὶ Πτολεμαῖον ἐπ' [e] αὐτῆς, ὅπῃ Σαμάρειαν ὑπέστρεφεν, ὁπλίτας μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ἄγων ἑξακοσίους ἐπ' Αντίγονον. ἔνθα πρὸς τὴν ἀποχώρησιν αὐτῷ λαβόντες ἄδειαν, οἷς εἴθισται τὴν Ιουδαίαν [f] θορυβεῖν τὴν Γαλιλαίαν, κτείνουσι μὲν Πτολεμαῖον τὸν στρατηγὸν ἀδοκήτως προσπεσόντες, ἐπόρθουν δὲ τὴν χώραν ποιούμενοι τὰς ἀναφυγὰς εἰς τὰ ἕλη καὶ τὰ δυσερεύνητα τῶν χωρίων. [g] θυθόμενον δὲ Ηρώδην τὴν ἐπανάστασιν, ἅμα τάχους [g] ἐπεβοήθει, καὶ πολὺ μὲν αὐτῶν πλῆθος διέφθειρε τὰ φρούρια δὲ πάντα [h] πολιορκίας ἐξελὼν, ὀπτίμιον τὴν μεταβολὴν εἰσεπράξατο πρὸ τοῦ τολμήσαντος ἑκατὸν τάλαντα.

ς'. Ηδη δὲ Πάρθων μὲν ἐξεληλαμένων, ἀνῃρημένου δὲ Πακόρου, Βεντίδιος, ὑπατεύοντος Αντωνίου συμμάχους, πέμπει Ηρώδῃ καὶ Αντιγόνου χιλίους ἱππεῖς καὶ δύο τάγματα. τούτων τὸν στρατηγὸν Μαχαιρᾶν Αντίγονος ἱκέτευε δι' ὑπογόλων [i] ἑαυτῷ βοηθὸν ἀφικέσθαι. πολλὰ πρός τε τὸν Ηρώδου βίαν, [k] καὶ ἐπηρείας τὴν βασιλείας ἀποδυρόμενος, καὶ χρήματα δώσειν ὑπισχνούμενος. ὁ δὲ, [l] ἅτε γὰρ καὶ φρόνει [m] τῶν πέμψαντος, ἄλλως τε καὶ πλέον Ηρώδου διδόντος, εἰς μὲν τὴν προδοσίαν οὐχ ὑπήκουσεν, ὑποκρινόμενος δὲ φιλίαν, κατάσκοπος ἦλθε τῶν Αντιγόνου πραγμάτων, Ηρώδῃ μὴ πειθόμενος ἀποτρέποντι. προσωτέρω δὲ αὐτὸς τὴν Δαφναίαν Αντίγονος, τήν τε πόλιν ἀπέκλεισε, [n] καὶ ἀπὸ τοῦ τειχῶν ὡς πολέμιον ἠμύνατο, μέχρις αἰδούμενος Μαχαιρᾶς εἰς [o] Αμμαοῦντα πρὸς Ηρώδην ἐχώρει, καὶ πρὸς τὴν Δαμαρτίαν τεθυμωμένος, ὅσοις [p] ἐπετύγχανεν Ιουδαίοις ἀνῄρει, μηδεμίαν τοῦ Ηρωδείου φειδὼ ποιούμενος, ἀλλ' ὡς [q] Αντιγονείοις χρώμενος ἅπασιν.

ζ'. Ἐφ' οἷς χαλεπήνας Ηρώδης, ὥρμησε μὲν ἀμύνασθαι Μαχαιρᾶν ὡς πολέμιον. κρατήσας δὲ τὴν [r] ὀργῆς ἦλαυνε πρὸς Αντώνιον κατηγορήσων τοῦ Μαχαιρᾶ παρανομίας. ὁ δὲ, [s] ἐν ὑπολογισμῷ τῶν ἡμαρτημένων γενόμενος, ταχέως μεταδιώκει τε τὴν βασιλέα, καὶ πολ-

Eorum autem nemo ultro se tradidit: & multi, qui vi coacti id fecerant, servituti mortem prætulerunt. Ubi etiam è senibus quidam, septem natorum pater, orantes cum matre liberos, ut sibi fide dextraque data egredi permitteret, hoc modo occidit. Cum singulos exire jussisset, ipse in ostio stabat, & ut filiorum quisque progressus est eum jugulabat. Herodes autem è specula hæc prospiciens, dolore afficiebatur, senique dextram porrigebat, orans obsecransque ut liberis parceret. Ille vero, cum nihil precibus ejus concessisset, sed & convicia jecisset in Herodem ob *generis* humilitatem, post liberos etiam uxorem interficit; cumque corpora *eorum* in præceps devolvisset, postremo & semetipsum dejecit. *Latronis veterani atrox facinus. Antt.* l. 14. c. 15. §. 5.

5. Ita quidem speluncas, & qui in illis erant, subigit Herodes; cumque exercitus partem tantam reliquisset, quantam ad seditionem comprimendam satis esse arbitraretur, eique Ptolemæum præfecisset, in Samariam reversus est, peditum quidem tria millia & equites sexcentos in Antigonum ducens. Ubi, post ejus discessum, licentiam nacti, qui Galilæam turbare consueverunt, Ptolemæum quidem ducem ex improviso adorti interficiunt; agros autem vastabant, fuga se recipientes in paludes & loca scrutatu difficilia. Herodes autem, cum motus istos & tumultus inaudivisset, ad auxilium ferendum properabat, & magnam quidem seditiosorum multitudinem peremit, ubi vero castella omnia obsidione liberasset, ob hanc rerum perturbationem hostibus centum talentorum multam irrogavit. *Herodes contra Antigonum in Samariam proficiscitur. Antt.* l. 14. c. 15. §. 6.

6. At, jam Parthis quidem expulsis & Pacoro occiso, Ventidius jussu Antonii equitum mille duasque legiones in auxilium mittit Herodi. Eorum autem ducem Machæram, ut se adjutum veniret, per epistolas rogabat Antigonus; multa & de Herodis violentia & de injuriis regno allatis conquerens, & pecuniam *se ei* daturum esse promittens. Ille vero, * haud enim eum qui ad ipsum miserat contemnendum putabat, præsertim cum & plura daret Herodes, in proditione quidem ei non paruit, simulata vero amicitia res Antigoni exploratum ivit, Herodi id dissuadenti nihil obsequutus. Antigonus autem, qui præsensit quo animo veniret, & civitate eum excluſit, & tanquam hostem à mœnibus *eum* propulsavit, usque adeo ut Machæram *incæpti* puderet, & in Ammauntem ad Herodem se reciperet: iratusque quod res tam male ceciderint, in quoscunque Judæos incurrebat, illos occidebat, ne Herodianis quidem vel minimum parcens, sed in omnes tanquam Antigoniani essent sæviens. *Macheras Herodi subsidio venit, sed mala fide agit. Antt.* l. 14. c. 15. §. 7.

7. Ista cum ægre tulisset Herodes, voluit quidem Machæram tanquam hostem propellere: iracundia vero cohibita ad Antonium properabat, Machæræ iniquitatem accusaturus. At ille, cum sua secum reputasset delicta, & regem celeriter insequebatur, multisque precibus effecit ut secum in *Herodes Machæræ iratus. Antt.* l. 14. c. 15. §. 7. *Herodes cum Machæra in gra-*

[z] Πατὴρ,] Ita distinguo cum *Epiphanio*, qui vertit, *orantes cum matre pueros*, &c. πατὴρ μετὰ τῆς μητρὸς, δεομένους, &c. in *Editis*.

[a] Ιστατο] *Lugd. Bat.* Ιστατο.

[b] Αποβλέπων,] *Lugd. Bat.* & *Rost.* Επιβλέπων.

[c] Τῶν τέκνων] Τῶν παίδων *Bod.* & *Rost.*

[d] Εἰς ταπεινότητα,] Humilitatem generis *Ox. humilem animum* malè alii, de consternatione infra lib. 2. c. 14. §. 7. de metu seu dejecto animo. infr. lib. 2. c. 3. §. 6. SPANH.

[e] Αὐτῆς,] *Lugd. Bat.* Αὐτοῦ.

[f] Θυθόμενον] *Lugd. Bat.* Πυθανόμενον.

[g] Επεβοήθει,] Id. Εβοήθει.

[h] Πολιορκίας] Id. Πολιορκίαις.

[i] Εαυτῷ] *Rost.* Αὐτοῦ.

[k] Καὶ ἐπηρείας τὴν βασιλείας ἀποδυράμενος,] Desunt hæc in *Rufin.* & MS. *Bod.* *Ox.* SPANH. ut & *Lugd. Bat.* & *Rost.*

[l] Οὐ γὰρ καὶφρόνει] Οὐδὲ γὰρ *Bod.* & *Rost.*

[m] Τῶ πέμψαντι] Sic, ἄλλως τε καὶ πλέον Ηρώδου διδόντος, εἰς μὲν τὴν προδοσίαν] &c. πρὸς αὐτὸν, nam Antigonum intelligit quocum acturus erat Machæras Ventidii & Silonis exemplo, nisi plus accepisset ab Herode quam Antigonus illi offerebat: sed perfidiam aversatus est quando fidem quæstui haberet. ALDR. In proditione quidem ei non paruit, præsertim cùm plura daret Herodes. *Oxon.* SPANH.

[n] Καὶ ἀπὸ τοῦ τειχῶν] Τῶν abest a *Lugd. Bat.*

[o] Αμμαοῦντα] Εμμαοῦν *Antt.* l. 14. c. 15. §. 7. Estque (ni fallor) per s usitatior scriptura, per a verior: siquidem ipso nomine præfert aquarum gloriam uti *Josephus* asserit l. 4. *de Bello.* apud *Rufinum* perperam *Amathunta* habemus. ALDR. Hic *Rufinus* Amathuntem. ἀρχ. lib. 14. c. 15. §. 7. Εμμαοῦν & cap. 11. §. 2. SPANH.

[p] Επετύγχανεν] *Lugd. Bat.* Επέτυχεν.

[q] Αντιγονείοις] *Rost.* Αντιγονίοις.

[r] Οργῆς] Ορμῆς *Big. Rost. Bod.* & *Voss.* quod vel ideo minus probo, quia *Josephus* statim ὁ μὲν ἐπαύσατο τῆς ὁρμῆς inquit. ALDR. Ορμῆς *MS. Big. Bod. Voss. Ox.* SPANH.

[s] Εν ἐπιλογισμῷ] *Lugd. Bat.* Εν ὑπολογισμῷ.

* Nec enim ad quos missus fuerat, negligendum putabat, *Ref.*

tiam redit. Antt. l. 14. c. 15. §. 7.

in gratiam rediret. Non tamen Herodes ad Antonium velle ire deſtitit. Sed cum audiſſet eum magnis viribus oppugnare Samoſata (urbs autem eſt juxta Euphratem valida) eo magis accelerabat, tempus idoneum eſſe animadvertens quo & fortitudinem *ſuam* demonſtraret, & Antonio impenſius placeret. Denique mox ut ad eum venit, finem attulit obſidioni, multis Barbaris interfectis amplaque præda *eis* ablata; ut Antonius quidem, quanquam ejus virtutem antea miraretur, tamen & tunc magis eum ſuſpiceret, multumque & ad alios ejus honores & ad ſpem regni adderet, rex vero Antiochus Samoſatorum deditionem facere coactus eſſet.

Herodes fortiter ſe gerit Samoſatis. Antt. l. 14. c. 15. §. 8.

λὰ δεηθεὶς ἑαυτῷ ⸗γαλλάτιει. ὁ μὲν Ηρώδης ἐπαύσατο τ̃ πρὸς Αντώνιον ὁρμῆς. ἀκηκοὼς δὲ αὐτὸ μ̃ πολλῆς δυνάμεως προσπολεμοῦντα [t] Σαμοσάτοις, πόλις δέ ἐστιν Εὐφράτᾳ πλησίον καρτερὰ, θᾶττον ἠπείγετο, τ̃ καιρὸν ἐπιτήδειον [v] ὁρῶν πρός τε ἐπίδειξιν [x] ἀνδρείας, κ̃ μᾶλλον [y] ἀρέσασθ τ̃ Αντώνιον. [z] γίνε) γ̃ν ἐπελθὼν τέλ αὐτοῖς τ̃ πολιορκίας, [a] πολλοὺς μὲν τ̃ Βαρβάρων ἀποκτείνας, πολλὴν) ἀποτεμόμεν λείαν. ὡς τε τ̃ μὲν Αντώνιον, [b] θαυμάζοντα κ̃ πάλαι [c] τὰ τ̃ ἀρετῆς [d] αὐτ̃, τότε μᾶλλον ἔτως ἔχειν, κ̃ πολὺ προσθεῖναι [e] ταῖς τε ἄλλαις [f] τιμαῖς αὐτ̃ κ̃ ταῖς εἰς τ̃ βασιλείαν ἐλπίσιν, Αντίοχον) τ̃ βασιλέα ἀναγκασθῆναι τὰ Σαμόσατα πρδοθῆναι.

XIII. **CAP. XVII.** **ΚΕΦ. ιζ'.**

Joſephi mors, & Herodis de eo ſomnium. Ejuſdem mira & iterata conſervatio. Pappo fratris occiſori caput amputat, & Pherorae mittit. Non multo poſt Hieroſolyma obſidet, & Mariamnem in uxorem ducit.

Ιωσήπου τελευτὴ, ἣν ὄνειροι Ηρώδῃ προσημαίνουσιν. ὡς Ηρώδης δὶς θαυμασίως ⸗σώζε). Πάππον τ̃ ἀδελφ̃ φονέα καρδομεῖ, κ̃ κεφαλὴν Φερώρᾳ πέμπ. μετ̃ δὲ πολὺ Ιεροσόλυμα πολιορκεῖ, κ̃ Μαριάμνην γαμεῖ.

Joſephus Herodis frater temere prælium committit cum Antigono, & occiditur. Antt. l. 14. c. 15. §. 10.

DUM hæc gererentur, res Herodis in Judæa fractæ ſunt. Reliquerat quidem Joſephum fratrem ſuum, qui omnia procuraret, cui mandaverat, ut ante ejus *ejus* reditum nihil quicquam adverſus Antigonum moveret. Machæram enim nequaquam firmum habiturum eſſe ſocium, *ut* ex iis quæ fecerat *licet conjicere*. Ille vero, ubi fratrem longiſſime abeſſe reſcivit, mandatorum *ejus* immemor, cum quinque cohortibus, quas ſimul miſerat Machæras, Hierichunta proficiſcebatur. ibat enim, cum æſtas eſſet adulta, ſegetes *eorum* direpturus. Adverſariis autem in montibus & locis difficilibus eum adortis, & ipſe, cum ſe in prælio ſtrenuum fortemque admodum oſtendiſſet, occumbit, Romanique ad unum omnes occiduntur. nam cohortes erant ex Syria non ita pridem collectæ, nec veteranos ullos ſecum permiſtos habebant, qui belli imperitis opitulari poſſent.

KAN τούτῳ θραύε) τὰ κ̃τ̃ Ιουδαίαν Ηρώδου πράγματα. κατελελοίπει [g] μὲν Ιώσηπον τὸν ἀδελφὸν ὅπ̃ τ̃ ὅλων, πδιαγγελίας μηδὲν μέχρι τ̃ ὑποστροφῆς αὐτ̃ πδεχθεῖν πρὸς Αντίγονον. ὁ γ̃ δὴ βέβαιον εἶναι Μαχαιρᾶν σύμμαχον, ἐξ ὧν ἔδρασεν. ὁ), ὡς ἤκουσεν ὄντα πορρωτάτω τ̃ ἀδελφὸν, ἀμελήσας τ̃ πδιαγγελμάτων ὅπ̃ Ιεριχοῦντ ἐχώρει μ̃ πέντε σπειρῶν, ἃς [h] συνέπεμψε Μαχαιρᾶς. ἦγε δὲ τ̃ σῖτον ἁρπάσων ἐν ἀκμῇ τ̃ θέρους. ὅπ̃ θεμένων δ' ἐν τοῖς ὄρεσι κ̃ ταῖς δυσχωρίαις τ̃ ἐναντίων, αὐτός τε θνήσκει, μάλα γενναί ἐν τῇ μάχῃ φανείς, καί τὸ Ρωμαϊκὸν πᾶν ⸗φθείρε). [i] νεοσύλλεκτοι γ̃ ὄν τ̃ Συρίας ἦσαν αἱ σπειραι, κ̃ οὐδὲν αὐταῖς [k] ἀνεκέκρατο τ̃ πάλαι στρατιωτ̃ καλυμμίων, ἐπαμύνειν τοῖς ἀπείροις πολέμου δυνάμενον.

Joſephus mortuus indigne tractatus. Antt. l. 14. c. 15. §. 10.

2. Antigonus autem victoria minime contentus fuit, ſed eò iracundiæ proceſſit, ut & Joſephum etiam mortuum indigne tractaret. Corporum enim *occiſorum* potitus illius caput abſcindit, * quamvis frater ejus Pheroras id quinquaginta talentis redimere voluit. Adeo autem novatæ erant *inclinataque* res Galilææ poſt Antigoni victoriam, ut primates qui ab Herode ſtabant ad lacum productos demergerent ii qui Antigono favebant. Multaque etiam in Idumæa mutabantur, ubi Machæras

β'. Αντιγόνῳ δὲ οὐκ ἀπέχρησεν ἡ νίκη, πορρ̃θε δὲ εἰς τοσοῦτον ὀργῆς, ὥς τε κ̃ νεκρὸν αἰκίσασθ τ̃ Ιώσηπον. κρατήσας γ̃ν [l] τ̃ σωμάτων ἀποτέμνει τ̃ κεφαλὴν αὐτ̃, καί τοι πενήκοντα τάλαντα λύτρον [m] αὐτ̃ Φερώρα τ̃ἀδελφ̃ διδόντ. τὰ δὲ τ̃ Γαλιλαίας μ̃ τ̃ Αντιγόνου νίκην ⸗νεωτερίσθη πρὸς τοσοῦτον, ὥς τε τοὺς τὰ Ηρώδου φρονοῦντας τ̃ δυνατ̃ προσάγοντες εἰς τ̃ λίμνην κατέδυσαν οἱ προσέχοντες Αντιγόνῳ. μετεβάλλετο) πολλὰ κ̃ τ̃ [n] Ιδουμαίας, ἔνθα Μαχαιρᾶς ἀνετεί-

---

t Σαμοσάτοις, πόλις δὲ ἐστιν Εὐφράτᾳ πλησίον] Σαμόσαλα *Bod.* Conf. *Antt.* lib. 14. c. 15. §. 8. Samoſata ad Euphratem. Nummi ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ Φ. ΣΑΜΟΣΑΤΗ. *Metropolis Flavia Samoſata.* Item ΣΑΜΟΣΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ΣΑΜΟ. ΜΗΤΡΟ. *Samoſata, Metropolis Comagenum.* Κόμη τ̃ παρευφραδιδῶν. Zonaras in narratione hujus facti Annal. lib. 5. p. 232. B. SPANH.

v Ορῶν πρός τε] Εὐρὼν *Bod.* & *Roſt.* τε abeſt a *Lugd. Bat.*

x Ανδρείας,] *Lugd. Bat.* Ανδρείαν.

y Αρεσασθ τ̃ Αντώνιον.] Θεὺς ἀρίζοσας Aeſchyl. ſuppl. v. 663. & κασιγνήτην ἀρίζασθ Apoll. Rh. l. III. v. 668. SPANH.

z Γίνε) γ̃ν ἐπελθὼν] Pollicitus erat Antiochus pacis pretium talenta mille, ſeque Antonii imperata facturum; ſed qui has conditiones primo repulit Antonius, poſt tractam diu obſidionem multo deteriores accepit: ac ne has quidem (ut videtur) obtinere potuiſſet, niſi Samoſatenſibus metum aliquem attuliſſent Herodis auxilia. Conſer *Plutarchum* in *Anton.* p. 931. B. *Dionem* lib. XLIX. p. 405. B. C. ALDR.

a Πολλὰς] *Sc.* in itinere, ut conſtat ex *Antt.* l. 14. c. 15. §. 9. ALDR.

b Θαυμάζοντα] Θαυμάζοντα κ̃ πάλαι τ̃ ἀρίζης αὐτὸν *Bod.*

c Τὰ τ̃ ἀρετῆς] A *Lugd. Bat.* & *Roſt.* abeſt. τὰ.

d Αὐτ̃, τότε] Αὐτόν τε pro αὐτ̃ τότε habent *MSS.* HUDS. Lege αὐτὸν τό τε Cocc. Αὐτόν τε *MSS. Oxon.* SPANH.

e Ταῖς τε ἄλλαις] Αλλαις τιμαῖς αὐτ̃ è *MSS.* ſupplet Ox. Sic ταῖς τε ἄλλαις τιμαῖς *MSS. Lipſ.* SPANH.

f Τιμαῖς αὐτ̃] Illud τιμαῖς additum ex *Big. Bod. Lipſ. Voſſ. Roſt.* & *Ruf.*

g Μὲν Ιώσηπον] Μὲν γ̃ *Bod. Lugd. Bat.* & forſan *Ruf.*

h Συνέπεμψε] *Lugd. Bat.* Επεμψε.

i Νεοσύλλεκ] Conf. *Antt.* lib. 14. c. 15. §. 10. ſimiliter de hiſce copiis. SPANH.

k Ανεκέκρα) *Lugd. Bat.* & *Roſt.* Εκεκέρα.

l Τ̃ν σωμάτων] Cenſeat forte quis legendum eſſe τ̃ σώμα; verum aliter maluit *Joſephus*, ut apparet ex *Antt.* ubi ſcribit, κρατήσας δὲ τ̃ νεκρ̃ν. atque ita innuit illum (ceciderant enim plures) plena victoria fuiſſe potitum. HAV.

m Αὐτ̃] *Lugd. Bat.* Αὐτ̃ν. male.

n Ιδουμαίας,] Ιουδαίας in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 10. nominibus iſtis etiam alibi ſæpe permutatis. Ιουδαίας *Antt.* lib. 14. c. 15. §. 10. SPANH.

* Quamvis L. talenta Pheroras frater pretium redemptionis offerret, *Ruf.* Verum non eſt Pherora *offerente*, ſed *dante*, ait *Noldius* in *Hiſtoria Idumaa*, p. 112. Pace autem *illius* recte ſatis *Rufinus*: cum notum ſit omnibus *præſens* ſæpe pro *futuro* poni, ut oſtendit Cl. *Perizonius* ad *Ælianum*, p. 201.

τείχιζέ τι τ̃ ἐρυμάτων [o] ὃ Γιτθᾶ καλεῖται. τούτων δὲ [p] οὐδέπω πέπυστο Ηρώδης. μ̃ γὰρ [11] τ̃ Σαμοσάτων ἅλωσιν, [q] Αντώνιος μὲ [r] καταστήσας ἐπὶ τ̃ Συρίας Σόσιον, καὶ προστάξας Ηρώδῃ βοηθεῖν ἐπ' Ανλίγονον [s] αὐτὸς [t] εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρησε, Σόσιος δὲ δύο μὲ τάγματα προαπέστειλεν εἰς Ιουδαίαν Ηρώδῃ συμμαχῶν, αὐτὸς δὲ μ̃ τ̃ λοιπ̃ς δυνάμεως [u] ἠκολούθει σχεδόν.

γ'. Ονλι δὲ Ηρώδῃ κατ' [11] τ̃ πρὸς Αντιόχειαν Δάφνην, ὄνειροι σαφεῖς τ̃ ὑπ' ἀδελφ̃ θάνατον προσημαίνοντι, καὶ μ̃ ταραχ̃ς [v] ἐνθορόντι τ̃ κοίτης εἰσπίπτουσιν ἄγγελοι τ̃ συμφορᾶς. ὁ δὲ ὀλίγον μὲν προσομώξας τ̃ πάθει, τὸ πλεῖον δὲ ὑπ' [x] πένθους ὑποθέμενος, ὅπως τοὺς ἐχθροὺς ἠπείγετο. ποιούμενος δὲ [11] πορείαν ὑπὲρ δύναμιν, καὶ ζ̃γύσας ὅπως τ̃ Λίβανον, ὀκτακοσίους μὲν [y] τ̃ περὶ τὸ ὄρος προσλαμβάνει συμμάχους, Ρωμαίων δὲ ἓν τάγμα [z] ταύτῃ συνάψας. μεθ' ὧν, ἡ περιμείνας ἡμέραν, εἰς [11] Γαλιλαίαν ἐνέβαλε, τούς τε πολεμίους ὑπανδιάσαντας εἰς ὃ καταλελοίπεσαν χωρίον [a] τρέπει. καὶ προσέβαλλε μὲν συνεχῶς [b] τ̃ φρυρίῳ, πρὶν δὲ ἑλεῖν, [c] χειμῶνι βιαθεὶς καλεπωτάτῳ, ταῖς πλησίον ἐπαναπαύεται κώμαις. ἐπεὶ δ' αὐτ̃ μετ' ὀλίγας μὲν ἡμέρας καὶ τὸ δεύτερον παρ' Αντωνίου τάγμα [d] συνέμιξε, δείσαντες [11] ἰσχὺν οἱ πολέμιοι, ζ̃ νυκτὸς ἐξέλιπον τὸ ἔρυμα.

δ'. Καὶ τὸ λοιπὸν ἤει ζ̃ Ιεριχοῦντος σπεύδων [e] ἧ τάχιστα τοὺς τ̃ ἀδελφ̃ φονεῖς μελετᾶν. ἔνθα δὴ καὶ δαιμόνιον αὐτ̃ συμβαίνει τέρας, ἐξ ο̃ παρ' ἐλπίδα σωθεὶς ἀνδρὸς θεοφιλεστάτου δόξαν [f] ἀπηνέγκατο. πολλοὶ μὲν γὰρ αὐτ̃ τ̃ ἐν τέλει κατ' ἐκείνην συνειστιάθησαν [11] τ̃ ἑσπέραν. ζ̃λυθέντος δὲ συμποσίου, μ̃ τὸ πᾶν ἐξελθεῖν, εὐθέως ὁ οἶκος συνέπεσεν. τοῦτο καὶ κινδύνων καὶ σωτηρίας [g] κοινὸν ὅπως τ̃ μέλλοντι πολέμῳ κρίνας εἶναι σημεῖον, ὑπὸ [11] ἕω διεκίνει τ̃ στρατιάν. καὶ τ̃ σανλίων εἰς ἑξακισχιλίους ἀπὸ τ̃ ὀρῶν καταστρέχοντες [h] ἀπεπειρῶντο τ̃ προκαταγμάτων, χερὶ μὲν συμπλέκεσθαι τοῖς Ρωμαίοις ὑ σφόδρα θαρροῦντες, πόρρωθεν δὲ [i] χερμάσι καὶ [k] παλτοῖς ἔβαλλον, ὡς τε συχνοὺς καταβληρώσκειν. ὧν ὁ καὶ αὐτὸς Ηρώδης παρελαύνων παλτ̃ κατ' [11] πλευρὰν ἀκοντίζεται.

ε'. Βουλόμενος δὲ ὁ Ανλίγονος μὴ μόνον τόλμη τ̃ σφετέρων, ἀλλὰ καὶ πλήθει δοκεῖν ὑπερέχειν, [l] Πάππον τινὰ τ̃ ἑταίρων μ̃ στρατιᾶς ὅπως Σαμάρειαν [m] ἐπιπέμπει. [n] τούτων μὲν ἦν ἡγεμὼν Μαχαιρᾶς [o] ἀγώνισμα. Ηρώδης δὲ [11] τ̃ [p] πολεμίαν καταδραμὼν, πέντε μὲν πολίχνας καταστρέφεται, δισχιλίους δὲ τ̃ οἰκητόρων ἀναιρεῖ. καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσας, ὑπέστρεψεν ὅπως

cujusdam castelli, cui nomen est Gittha, mœnia instaurabat. Ista autem nondum audierat Herodes. Captis enim Samosatis, Antonius quidem, cum Syriæ præfecisset Sosium, eique mandasset ut Herodem adjuvaret contra Antigonum, ipse discessit in Ægyptum; Sosius vero duas legiones Herodi auxiliares præmisit in Judæam, ipseque cum reliquis copiis è vestigio subsequebatur. *Antonius in Ægyptum proficiscitur. Ant.* l. 14. c. 12. §. 8.

3. Cæterum Herodi, cum apud Daphnen Antiochiæ esset, somnia manifesta fratris mortem præsignificant; cumque turbatus è lecto exsiluisset *ad eum* ingressi sunt calamitatis nuncii. Ille vero, cum paululum quidem lamentis, ob id quod acciderat, indulsisset, luctus vero partem majorem distulisset, in hostes properabat. Itinere autem ultra vires accelerato, ubi ad Libanum pervenit, octingentos quidem montis accolas in auxilium assumit cum unam Romanorum legionem illic collegisset. Cum quibus, non exspectata luce, irruptionem in Galilæam faciebat, hostesque *ei* obviam progressos in locum quem reliquerant avertit. Et continuo quidem castellum oppugnabat, prius vero quam id caperet, gravissima tempestate adactus in proximis pagis castra metatur. Cum autem paucis post diebus & altera legio ab Antonio *missa* sese ei adjunxisset, hostes viribus *ejus* perterriti munimentum nocte deserebant. *Josephi mors nunciatur Herodi. Ant.* l. 14. c. 15. §. 10. *Herodes in Galilæam irrumpit. Ant.* l. 14. c. 15. §. 11.

4. Postea per Hierichunta ire contendebat, ut quamprimum fratris interfectores ulcisci posset, ubi sane ei mirabile quiddam & prodigiosum accidit: ex quo præter spem ereptus atque servatus passim credebatur esse vir Deo charus dilectusque. Nam vesperi quidem illa multos è primatibus ad cœnam adhibuit: finitoque convivio, cum omnes exiissent, cœnaculum concidit. Hoc ipsum salutis pariter ac periculorum, in bello quod gerendum erat, indicium esse ratus, prima luce exercitum educit: atque hostium sex circiter millia, qui de montibus decurrebant, prima agmina lacessebant, ad manus quidem cum Romanis conferendas non satis audaces, sed lapides ac tela in eos eminus jacientes, quibus aliquam multi vulnerati erant. qua velitatione & ipsi Herodi inter obequitandum latus jaculo transfigitur. *Magno periculo mirum in modum liberatur. Ant.* l. 14. c. 15. §. 11.

5. Antigonus autem, se non solum suorum audacia, sed & numero superiorem videri volens, Pappum è sociis unum cum manu militum in Samariam mittit. * & istis quidem id negotii erat ut cum Machæra contenderent. At Herodes, cum hostium regionem incursionibus vexasset, urbeculas quinque subjugat, duoque hominum millia, *quos* ibi *comprehenderat*, interficit, domibusque in- *Antigonus Pappum ducem Samariam mittit. Ant.* l. 14. c. 15. §. 12.

o Γιτθᾶ] Ita lego. Γιθθᾶ & in Γιθαὶ in *MSS.* & *Editis.* articulum vero ὁ habui è *Cod. Bod.* Conf. Ant. Jud. lib. 6. c. 1. §. 2. SPANH.

p Οὐδέπω] Οὐδὲν ἐδέπω *Bod.* & *Rost.* ἐδέπω τι *Voss.* in *Rufini* versione *nec horum quidquam.*

q Αντώνιος] *Dio.* in l. 49. p. 405. C. Γαΐῳ δὲ Σόσιος τὴν ἀρχὴν τ̃ τε Συρίας καὶ τ̃ Κιλικίας παρ' αὐτ̃ λαβὼν, &c.

r Καταστήσας—Αντίγονον,] Εἰς Αθήνας *Plutarch. in Anton.* p. 931. C. εἰς Ιταλίαν *Dio* 49. p. 405. *Ox.* SPANH.

s Αὐτὸς] Ita *MSS.* αὐτὸν perperam *Bas.* & *Gen.*

t Εἰς Αἴγυπτον] Ita & *Antt.* l. 14. c. 15. §. 12. εἰς Αθήνας *Plutarchus* in *Anton.* p. 931. C. εἰς Ιταλίαν *Dio* 49. p. 405. E. a Cæsare certe accersitus Athenis Brundusium venit, nec exspectato illo in Græciam reversus est. *Appian.* 5. p. 717, 718. *Dio* 48. p. 385. C. Itaque censet *Armachanus* Athenas eum primo rediisse, unde in Italiam venerit à Cæsare evocatus; tum Athenas denuo reversum in Ægyptum inde navigasse cum Cleopatra sua hyematurum. ALDR.

u Ηκολούθει] Quando scilicet Aradios oppugnationem hactenus perpessos fameque & morbo confectos subegisset. *Dio.* 49. p. 405. C. ALDR.

v Ενθορόντι] *Al.* Ενθορσοῦντι.

x Πένθους] *Rost.* Πάθους.

y Τῶν περὶ τὸ ὄρος] Abest τ̃ ab *Rost.*

z Ταύτῃ] Neque hoc ibidem exstat.

a Τρέπει.] *Cas.* Τρέπονται, ut & *Rost.*

b Τῷ φρυρίῳ,] Τοῖς φρυρίοις *Bod.* & *Rost.*

c Χειμῶνι βιαθεὶς χαλεπωτάτῳ,] Nota acerbissimam hyemem in Palæstina conf. inf. §. 6. SPANH.

d Συνέμιξε,] Εμιξε *MS. Lipsi.* SPANH.

e Η τάχιστα] Ως τάχιστα *Voss.* Ως ταχ. *Voss.* *Ox.* SPANH.

f Απηνέγκατο.] *Rost.* Απενέγκει.

g Κοινὸν ἐπὶ τ̃ μέλλοντι] Vocabulum κοινὸν deest *Bod.*

h Απεπειρῶντο] *Lugd. Bat.* Απεπειρῶντο.

i Χερμάσι καὶ] Hæc verba eo modo desiderantur in Codice *Rost.* Ut prima tantum Syllaba vocis Χερμάσι appareat, reliquis (utpote quæ e *MS.* quem secutus est librarius elisa fuerunt) omissis, relicto vacuo integri fere versus cum dimidio. HAV.

k Παλτοῖς ἔβαλλον,—παλτ̃] Ita & hic loci referibere placuit, & mox παλτ̃, prout in *Ant.* l. 14. c. 15. §. 5. & §. 12. πελτ̃ & πελτοῖς in *libris.* HUDS. Παλτοῖς hic *jaculis*, πελτοῖς ac πελτ̃ etiam ἀρχ. lib. 14. c. 15. §. 12. SPANH.

l Πάπτον] *Lugd. Bat.* Πάπεον hic & inf. *Rost.* τύπον.

m Επιπέμπει.] Πέμπει *Bod.* & *Rost.*

n Τούτων μὲ ἦν ἡγεμὼν Μαχαιρᾶς] Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 15. §. 12. SPANH.

o Αγώνισμα.] Eadem voce utitur l. 1. *de Bello* c. 15. §. 3.

p Πολεμίαν] *Lugd. Bat.* Πολέμιον.

* Quibus quidem Machæra erat præmium victoriæ, *Ruf.* idem dicere volens, quod in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 12. ἀλλ' ὁ μὲν Μαχαιρᾶς τ̃ στρατηγ̃ παρεκάθητο.

q Ηὔ-

Herodes oppida capit & magnam ſtragem edit. Antt. l. 14. c. 15. §. 12.

incenſis in caſtra *ſua* revertitur. Stativa autem habuit ad vicum Cana appellatum.

Exercitum auget. Antt. l. 14. c. 15. §. 12.

6. In dies autem ſingulos magna multitudo Judæorum, tam ex ipſa Hierichunte quam ex aliis regionibus, ei accedebat, partim ex ſuo in Antigonum odio, partim vero ex rebus ab Herode præclare geſtis eò inducti. Cæterum multos impellebat rerum mutandarum cupiditas inſana. Atque ille quidem, ut *prælio* congrederetur, feſtinabat: Pappus vero ejuſque milites, neque *hoſtium* multitudine neque impetu perterriti, alacriter obviam prodierunt. Pugna autem commiſſa, aciei quidem * pars altera pauliſper reſiſtebat: at Herodes, ex fraternæ necis recordatione † intrepide ſe periculo objiciens, ac ſi necis auctores ulciſci vellet, ſibi oppoſitos illico ſuperat; ac deinde poſt illos continuo integros adortus, omnes *in fugam verſos* perſequitur. Et multa *facta* erat cædes, aliis in vicum unde exierant compulſis, illo etiam noviſſimis inſtante & innumeros occidente. Poſtremo autem una cum hoſtibus intro irrumpit, erantque domus quidem omnes armatis refertæ, & tecta ſuperiora propugnatorum plena. Et quoniam foris deprehenſos *fuillime* ſuperabat, ædibus dilaceratis, abditos in eas extrahebat: atque tecta quidem in plurimos dejiciens magnam ſtragem edidit, quotquot vero ruinam ſubterfugerant milites gladiis excipiebant: & tanta mortuorum multitudo in cumulos congeſta erat, ut etiam ipſis victoribus viæ obſtruerentur. Hanc plagam ægre tulerunt hoſtes: adeo ut vulgus illorum confluens, ubi cæſorum numerum in vico conſpexerunt, in fugam ſe disjecerint. Statimque Herodes, ſumpto ex victoria animo, ad Hieroſolyma perrexiſſet, niſi hyems aſperrima *eum* prohibuiſſet. Hæc *enim* ei, quominus victoria perficeretur, obſtitit, & ne penitus opprimeretur Antigonus, qui de civitate jam deſerenda cogitabat.

Herodes oppidum capit. Antt. l. 14. c. 15. §. 12.

Eum ſuperat, hoſteſque in domos compulſos conficit. Antt. l. 14. c. 15. §. 12.

Ut Herodes è magno diſcrimine evaſit. Antt. l. 14. c. 15. §. 13.

7. Herodes autem ad veſperam, cum jam defatigatos amicos corporis reficiendi gratia dimiſiſſet, & ipſe, ut erat ab armis calidus, inſtar militis gregarii lavatum ibat. adeoque unus tantum puer eum ſequebatur. Et priuſquam balneum intraret, ejus in conſpectu quidam ex hoſtibus ſtricto gladio ſe proripiebat, deinde alter, itidemque tertius, & deinceps plures. Et iſti quidem ex acie in balneum armati confugerant. ‡ Tum autem metu perculſi & latitantes, ubi regem viderunt, animo defecti præ ſtupore, ipſum quidem inermem trementes prætereunt, exitus vero curſu petebant. Porro cum ita ceciderit ut ex aliis nemo adeſſet qui homines comprehenderet, eoque contentus eſſet Herodes, quod nihil mali pateretur, fiebat ut omnes ſalvi effugerent.

Pappus occiditur, eique caput amputatur. Antt. l. 14. c. 15. §. 13.

8. Poſtero autem die Pappi quidem Antigoni ducis (in prælio autem ſublatus erat) caput ampu-

τὸ πραίσπεδον. ἤλιτο ἢ [q] περὶ τ' καλουμένην [r] Κανᾶ κώμην.

ϛ'. Προσεγίνετο δ' αὐτῷ καθ' ἡμέραν πολὺ πλῆθος Ιουδαίων, ἔκτε αὐτῆς Ιεριχοῦντος, καὶ ἀπ' ἄλλης χώρας, οἱ μὲν ἀφ' ἑτοίμου τὸ πρὸς Ἀντίγονον, οἱ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ κατορθώμασι κεκινημένοι. τοὺς γε μὴν πολλοὺς ἐπῆγεν ἐπιθυμία μεταβολῆς [s] ἄλογος. καὶ ὁ μὲν ἠπείγετο συμβαλεῖν, οἱ δὲ περὶ Πάππον, ὅτε πρὸς τὸ πλῆθος, ὅτε περὶ τ' ὁρμὴν [t] ὑποδείσαντες αὐτῷ προθύμως ἀντεπεξῆλθον. γενομένης δὲ τ' προσβολῆς, τὰ μὲν ἄλλα μέρη πρὸς ὀλίγον ἀντεῖχον. Ηρώδης δὲ κατὰ μῆνιν τοῦ φονευθέντος ἀδελφοῦ προσβάλλομος, ὡς ἂν τίσαιτο τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου, ταχέως τ' καθ' ἑαυτὸν ἐκράτει, καὶ μετ' ἐκείνους ἐπὶ τὸ συνεχὲς αἰεὶ τρεπόμενος ἄπανδας διώκει. φόνος τε ἦν πολὺς, τ' μὲν εἰς τ' [v] κώμην συνεξωθουμένων ἐξ ἧς ὥρμηντο, τοῦ δὲ προσκειμένου τοῖς ὑστάτοις, καὶ κτείνοντος ἀπείρους. συνεισπίπτει δὲ τοῖς πολεμίοις εἴσω, καὶ [x] πᾶσα μὲν ὁπλιτικὴ οἰκία [y] νένακτο, τὰ τέγη δὲ ἦν ὕπερθεν ἀμυνομένων καλάπλεα. καὶ πεδὴ μὲν εἶχε τ' ἔξωθεν, τὰς οἰκήσεις σπαράττων εἵλκε [z] τοὺς ἔνδοθεν. καὶ τοῖς μὲν πολλοῖς ἐπικαλασείων τοὺς ὀρόφους, ἀθρόους ἀνῄρει, τοὺς [a] ὑποφυγόντας δὲ τ' ἐρειπίων οἱ στρατιῶται ξιφήρεις ἀνεδέχοντο, καὶ τοσοῦτον ἐσωρεύθη νεκρῶν πλῆθος, ὥς τε τὰς ὁδοὺς [b] ἐπιφραγῆναι τοῖς κρατοῦσι. ταύτην τ' πληγὴν οὐκ ἤνεγκαν οἱ πολέμιοι. τὸ γοῦν ἐπισυλλεγόμενον αὐτοῦ πλῆθος ὡς ἐθεάσατο τοὺς ἀνὰ τ' κώμην διεφθαρμένους, εἰς φυγὴν διεσκεδάσθη. καὶ εὐθέως τῇ νίκῃ τεθαῤῥηκὼς Ηρώδης ἐπὶ Ιεροσολύμων ἤλασεν, [c] εἰ μὴ χειμῶνι διεκωλύθη σφοδρότατος. τοῦτο τὸ ἐμπόδιον ἐκείνῳ τε παντελοῦς κατορθώματος καὶ ἡτῖτο τῷ Αντιγόνῳ κατέστη, [d] βουλευομένῳ καταλιπεῖν ἤδη τ' πόλιν.

ζ'. Ηρώδης δὲ πρὸς ἑσπέραν ἤδη τοὺς φίλους [e] κεκμηκότας ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος ἀφεὶς, καὶ αὐτὸς ὡς ἦν ἔτι θερμὸς ἐκ τ' ὅπλων λουσόμενος ἤει πραϊνικώτερον εἰς γοῦν αὐτῷ παῖς εἵπετο. καὶ [f] πρὶν εἰς τὸ βαλανεῖον εἰσελθεῖν, σιαγόνιον αὐτῷ τις ἐνήρεχει τ' πολεμίων ξιφήρης, ἔπειτα δεύτερος, καὶ τρίτος, καὶ ἑξῆς [g] πλείους. [h] οὗτοι καταπεφεύγεσαν μὲν ἐκ τ' προσβολῆς εἰς τὸ βαλανεῖον ὡπλισμένοι. τέως δὲ ὑποπεπτηκότες, καὶ ἀφανθάνοντες, ὡς ἐθεάσαντο τ' βασιλέα, [i] λυθέντες ὑπ' ἐκπλήξεως αὐτὸν μὲν παρέτρεχον γυμνὸν ὄντα τρέμοντες, ἐπὶ δὲ τὰς [k] ἐξόδους ἐχώρουν. τ' μὲν οὖν ἄλλων οὐδεὶς παρῆν κτ' τύχῃ ὁ συλλήψόμενος τοὺς ἄνδρας, Ηρώδῃ δὲ [l] ἀπέχρησε τὸ μηδὲν παθεῖν, ὥς τε ἀφεύγουσι πάντες.

η'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ, Πάππου μὲν τ' Αντιγόνου πραίηγον [m] καταλομήσας, ἀνήρητο δὲ ἐπὶ τ' προσβολῆς, πέμ-

[q] Περὶ τ' κώμην.] *Roſt.* Ἐπὶ τ' κώμην.

[r] Κανᾶ κώμην.] Ισάνας κώμην in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 2. & §. 12. Et Herodes (obſervante Cl. *Aldrichio*) hoc tempore non in Galilæa ſed Samaria ſtativa habuit. Huds. *Apx.* lib. 14. c. 15. §. 12. Ισάνας Spanh.

[s] Ἄλογος.] Ἀλόγως *Ruf.*

[t] Ὑποδείσαντες] Abeſt a *Roſt.*

[v] Κώμην συνεξωθουμένων] Πόλιν *Voſſ.*

[x] Πᾶσα] Πᾶσαν αἰτίαν *MS. Lipſ.* Spanh. Πάσαν μ. ο. οἰκίαν ἐκλάτο *Lugd. Bat.*

[y] Νένακτο,] Ita ex *Suida*, qui (voce νέναχλο) hunc locum *Joſephi* affert, & νέναχλο interpretatur ἐπεπλήρωτο, convenienter ipſi *Joſepho* in *Antt.* l. 14. c. 15. §. 12. ubi dicit πεπληρωμένων ἢ τ' οἰκιῶν ὁπλιτῶν. Prius erat, καὶ πᾶσα μὲν ὁπλιτῶν οἰκία ἐκλάτο. quod in πᾶσαν δὲ ὁπλιτῶν οἰκίαν ἐκλάτο mutavit *Aldrichius*, auctoritate *Cod. Big. Bod.* & *Voſſ.*

[z] Τοὺς ἔνδοθεν.] Τῶν ἔνδον. *Roſt.*

[a] Ὑποφυγόντας] *Roſt.* Ἐπιφυγόντας & mox *Lugd. Bat.* δ' ἐρειπίων.

[b] Ἀποφραγῆναι] Ἐμφραγῆναι *Voſſ.* Ἐπιφραγῆναι *MS. Voſſ. Ox.* Spanh.

[c] Εἰ μὴ χειμῶνι] Conf. ſupr. §. 3. Spanh.

[d] Βουλευομένῳ καταλιπεῖν] Ita *Baſ.* & *Ruf.* βουλομένῳ *Gen.* & aliquot *Cod. MS.*

[e] Κεκμηκότας] *Lugd. Bat.* Ἐκκεκμηκότας male.

[f] Πρὶν εἰς τὸ] Aliter *Antt.* lib. 14. c. 15. § 13. Nempe modo jam & lavante in balneo cum uno puero *Herode*. Idem apud Zonaram p. 236. B. & 237. A. Spanh.

[g] Πλείους.] Quorum nulla mentio *Antt*, l. 14. c. 15. §. 14.

[h] Οὗτοι καταπεφευγέσαν] Οὗτοι ἢ κ. *Bod.* & *Roſt.*

[i] Λυθέντες ὑπ' ἐκπλήξεως] *Al.* ἐκλυθεὶς ὑπ' ἐκπ. *de Bello* lib. 1. c. 11. §. 8.

[k] Ἐξόδους ἐχώρουν.] Διεξόδους *Bod.* & *Roſt.*

[l] Ἀπέχρησε] *Lugd. Bat.* Ἀπεχρη. *Roſt.* ἀπεχρήσασεν.

[m] Καταλομήσας,] Pappi quidem caput amputat, is erat Antigoni Dux in prælio ſublatus *Ox.* Item ἀρχ. lib. 14. c. 15. §. 13. Spanh.

* *Sc.* Herodi non oppoſita.

† Periculoſius dimicans. *Ruf.*

‡ *Al.* Et ad eam horam cum in balneis delituiſſent pavitantes, ubi regem viderunt, obſtupefacti eum tranſilierunt, & ad exitus ſe contulerunt nudum metuentes.

n Aé-

πέμπῃ τ κεφαλὴν Φερώρᾳ τῷ ἀδελφῷ, ποινὴν ὧν φονευθέντος [n] αὐτοῦ ἀδελφοῦ. καὶ ἦν ὅτος, ὁ τ Ἰώσηπον [o] ἀνελών. λαφήσαντος δὲ τὸν χειμῶνος, ἤλαυνεν ἐπὶ Ἱεροσολύμων, καὶ μέχρι τῶν τείχους [p] ἀγαγὼν τ δυνάμιν. συνήγελο δὲ αὐτῷ τρίτον ἔτος ἐξ οὗ βασιλεὺς ὢν Ρώμῃ [q] ἀπεδέδειχτο. πρὸ δὲ ἱερᾶς πολεμεῖτο. ταύτην γὰρ ἦν ὀθήμαχον, [r] καὶ [s] καθ' ὃ πρὶν εἶλε Πομπήιος τ πόλιν. διελὼν δὲ εἰς ἔργα τ στρατιὰν, καὶ τεμὼν τὰ προάστεια, [t] τρία μὲν ἐγείρει χώματα, καὶ πύργους ἐποικοδομεῖν αὐτοῖς κελεύσας, καταλιπὼν τοὺς [v] ἀνυστικωτάτους τ ἑταίρων ὅπλ τ ἔργων, αὐτὸς εἰς Σαμάρειαν ᾔει, τ Ἀλεξάνδρου δὲ Ἀριστοβούλου μειρὸν θυγατέρα, καλωμολογημένην, ὡς ἔφαμεν, αὐτῷ. καὶ πάρεργον ποιεῖται τ πολιορκίας τ γάμον. ἤδη γὰρ ὑφῃφάνε τοὺς πολεμίους.

θ'. Γήμας δὲ ὑπέστρεφεν ἐπὶ Ἱεροσολύμων μετὰ μείζονος δυνάμεως. συνῆπτε δὲ αὐτῷ καὶ Σόσιος, μετὰ πλείστης στρατιᾶς, ἱππέων τε καὶ πεζῶν, [x] ἣν προεκπέμψας διὰ τ μεσογείου, τ πορείαν αὐτὸς διὰ Φοινίκης [y] ἐποιήσατο. συναθροισθείσης δὲ τ ὅλης δυνάμεως, εἰς ἕνδεκα μὲν τέλη πεζῶν, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχιλίους δίχα τ ἀπὸ Συρίας συμμάχων, οἳ μέρος οὐκ ὀλίγον ἦσαν, [z] καταστρατοπεδεύουσι γὰρ βορείᾳ τείχους πλησίον, αὐτὸς μὲν πεπαιθὼς τοῖς τ συγκλήτου δόγμασι, δι' ὧν βασιλεὺς [a] ἀπεδέδειχτο, Σόσιος δὲ Ἀντωνίῳ τῷ πέμψαντι τ ὑπ' [b] αὐτοῦ στρατιὰν Ἡρῴδῃ σύμμαχον.

tat, idque Pheroræ fratri ſuo mittit, pœnam ab eo repetens ob fratris illorum cædem. nam & is erat qui Joſephum interfecerat. Cum autem hyems mitior eſſe cœpiſſet, Hieroſolyma ire properabat, muriſque admoto milite (annus autem tertius vertebatur ex quo Romæ rex declaratus fuerat) ante fanum caſtra collocat. nam hac parte facilior erat expugnatio, quáque antea urbem ceperat Pompejus. Exercitu autem diviſo ſuiſque operibus ei aſſignatis, & exciſis in ſuburbiis arboribus, tres quidem aggeres erigit: cumque turres ſuper eos ædificari juſſiſſet, relictis qui operibus inſtarent commilitonum impigerrimis, ipſe Samariam adibat, ſibi in uxorem ut acciperet Alexandri filii Ariſtobuli filiam, ei *jam ante* uti diximus deſponſatam; & præter ſuſceptum obſidionis opus nuptias agitat. quippe jam hoſtes deſpiciebat.

Hieroſolyma adit Herodes. Antt. l. 14. c. 15. §. 14.

Mariammen uxorem ducit. Antt. l. 14. c. 15. §. 14.

ea vero cum Cæsarem, in Ægyptum per Syriam iter facientem, omni opum regiarum apparatu excepisset Herodes, tunc primum cum eo, apud Ptolemaïdem milites lustrante, obequitavit, & convivium ei cum amicis suis omnibus præbuit: ac deinde reliquo exercitui omnia ad epulas *necessaria* distribuit. insuperque curavit ut per regionem aridam usque ad Pelusium proficiscentibus, similiterque redeuntibus, aquarum copia suppeditaretur: neque quidquam erat commeatûs quod exercitui

Herodes Augustum ejusque exercitum splendide excipit. Antt. l. 15. c. 6. §. 7.

defuit. Fecit denique ut & ipse Cæsar militesque *ejus* existimarent, Herodi, si eorum quæ dederit ratio haberetur, justo tenuius esse regnum & angustius. Quo factum est ut *Cæsar* postquam in Ægyptum veniret, cum jam mortui essent Antonius & Cleopatra, non solum cæteros ejus honores auxerit, verum etiam regno ejus addiderit regionem

Vicissimque ab eo auctus est honoribus novaque ditione. Antt. l. 15. c. 7. §. 3.

à Cleopatra *ei* abscissam, & extra eam Gadara & Hippon & Samariam; atque ad hæc in ora maritima Gazam, & Anthedona, & Joppen, & Stratonis turrim. prætereaque ei, in corporis custodiam, dono dedit quadringentos Gallos, qui antea Cleopatræ stipatores erant. nulla autem res magis liberalitatem Cæsaris incitabat, quam magnus animus accipientis.

„ λαβὼν ἐξεταθήσεταί σοταπὸς φίλος, [q] ὃ τίνος „ ἐγενόμην.

β'. Πρὸς ταῦτα Καῖσαρ, „ Ἀλλὰ σώζοι γε, ἔφη, „ καὶ βασίλευε νῦν βεβαιότερον. ἄξιος γὰρ εἶ πολ- „ λῶν ἄρχειν, ὅτῳ φιλίας προῖκα μέλλω. πειρᾶσθαι δὲ „ καὶ τοῖς εὐτυχεστέροις βλαμβάνειν πιστὸς, ὡς ἔγωγε „ λαμπρολάτας ὑπὲρ τῆς σῆς φρονήματος ἐλπίδας „ ἔχω. καλῶς μέντοιγε ἐποίησεν Αντώνιος Κλεοπά- „ τρᾳ πειθεὶς μᾶλλον ἢ σοί. καὶ γὰρ σὲ κεχερδήκα- „ μεν, ἐκ τῆς ἀνοίας αὐτῆς. καλάρχεις δὲ, ὡς ἔοικεν, „ εὐποιΐας. [r] διό μοι γράφει [s] Κοΐντος Δίδιος, „ συμμαχίαν σε πεπομφέναι πρὸς τοὺς [t] μονομάχους „ αὐτῷ. νῦν μὲν οὖν δόγματι [v] τὸ βέβαιον σῆς τῆς „ βασιλείας [x] ἐξαγγέλλω. πειράσομαι δὲ καὶ αὖθις „ ἀγαθόν σε τι ποιεῖν, ὡς μὴ ζητοίης Αντώ- „ νιον.

γ'. Τούτοις φιλοφρονησάμενος τὴν βασιλέα, καὶ [y] πρεσθεὶς αὐτῷ τὸ ἆθλημα, [z] δόγματι διεσήμαινε τὴν δωρεὰν, ἐν ᾧ πολλὰ μεγαλοφρόνως εἰς ἔπαινον τοῦ ἀνδρὸς ἐφθέγξατο. ὁ δὲ, δώροις ὑπιμειλιξάμενος αὐτὸν, ἐζητεῖτό τινα τῶν Αντωνίου φίλων [a] Αλέξανδρον, ἱκέτην γενόμενον. ἐνίκα δὲ ἡ Καίσαρος [b] ὀργὴ, πολλὰ καὶ χαλεπὰ μεμφομένη τὸν ἐαλωκότα, οἷς διεκρούσατο τὴν δέησιν. μετὰ δὲ ταῦτα πορευόμενον [c] ἐπ' Αἰγύπτου διὰ Συρίας Καίσαρα παντὶ τῷ βασιλικῷ πλούτῳ δεξάμενος Ηρώδης, τότε πρῶτον καὶ συνιππάσατο ποιουμένῳ πρὸς Πτολεμαΐδα τὴν δυνάμεως ἐξέτασιν, εἰστιάσέ τε σὺν ἅπασι τοῖς φίλοις. μεθ' ὃς καὶ τῇ λοιπῇ στρατιᾷ πρὸς εὐωχίαν πάντα διέδωκε. προσήνησε δὲ καὶ διὰ τῆς ἀνύδρου πορευομένοις μέχρι Πηλουσίου πολὺ ῥεῖν ὕδωρ ἄφθονον, ἐπανιοῦσί τε ὁμοίως. [d] οὐδὲ ἔστιν ὅ, τι τῶν ὑπηρεσιῶν ἐνεδέησε τῇ δυνάμει. δόξα γοῦν αὐτῷ τε Καίσαρι καὶ τοῖς στρατιώταις παρέσχη, πολλῷ βραχυτέραν Ηρώδη [e] πεῖναι βασιλείαν, πρὸς ἃ παρέσχεν. διὰ τοῦτο ὡς ἦκεν εἰς Αἴγυπτον, ἤδη Κλεοπάτρας καὶ Αντωνίου τεθνεώτων, οὐ μόνον αὐτοῦ ταῖς ἄλλαις τιμαῖς, ἀλλὰ καὶ τῇ βασιλείᾳ προσέθηκε, τήν τε ὑπὸ Κλεοπάτρας ἀπτμηθεῖσαν χώραν, καὶ ἔξωθεν [f] Γάδαρα, καὶ Ιππον, καὶ Σαμάρειαν. πρὸς ᾗ τούτοις τὴν παλαίων Γάζαν, καὶ Ανθηδόνα, καὶ Ιόππην, καὶ πύργον Στράτωνος. ἐδωρήσατο δὲ αὐτῷ, καὶ πρὸς φυλακὴν τοῦ σώματος, τετρακοσίους [g] Γαλάτας, οἱ πρότερον [h] ἐδορυφόρουν Κλεοπάτραν. οὐδὲν δὲ ὅτως [i] ἐπῆρεν αὐτὸν εἰς τὰς δωρεὰς, ὡς τὸ μεγαλόφρον τοῦ λαμβάνοντος.

δ'. Με-

---

q Οὐ τίνος] *Lugd. Bat.* Οὗ τινος male.

r Διό μοι] *Lugd. Bat.* haud pejus δι' ὃν μοι. HAV.

s Κοΐντος Δίδιος,] Ita rescripti, prout in *Antt.* l. 15. c. 6. §. 7. quem locum videsis. Antea erat Βιβλίδιος in *Bas.* & *Gen.* Βιβλίδιος habet *Bod.* Augustus (in *Antt.* l. 15. c. 6. §. 7.) commemorat, ὅτι Κοΐντος Δίδιος γράψειεν ἑκάστῳ προθυμίας τὰς πρὸς τοὺς μονομάχους αὐτοῦ συναιδούσας τῇ Ηρώδου. Hinc ille rumor quem ad Antonium perveniisse in *Antonio* suo (p. 949. & 950.) narrat *Plutarchus*; Judæum Herodem cum aliquot legionibus & cohortibus ad Cæsarem transiviisse. Quippe quos Cyzici gladiatores alebat Antonius, hi suppetias illi jam ab omnibus aliis deserto in Ægyptum ferre statuerunt. Sed eos transitu prohibebat inter alios Q. quoque Didius Syriæ præfectus; cumque ad defectionem perducere non posset, circumventos tandem ad deditionem perpulit; usus ea in re Herodis opera, prout ex *Josepho* & *Plutarcho* colligitur. Pactosque ne posthac gladiatores essent, Antiochiæ Daphnen habitare permisit, donec ipse scriberet ad Cæsarem. *Appian.* in *Civil.* V. p. 749. *Dio* LI. p. 447. Sicut igitur ex hoc *Josephi* loco discimus pro *μονάρχας* in ejusdem *Archæologia* scribendum esse *μονομάχους*; ita ex *Dione* clarum est nec in hoc loco Βιβλίδιος, nec in illo Καπίδιος, seu utrobique Κοΐντος Δίδιος legi oportere. ALDR. Αρχ. lib. 15. c. 6. §. 7. *Gen.* Καπίδιος. *Casaub.* Exercit. p. 135. D. emend. ex *Dione* p. 447. l. 51. Κύϊσος Δίδιος. SPANH.

t Μονομάχους] *Gen.* Μονάρχας; vel *μονομάχους* ἀρχ. lib. 15. c. 6. § 7. vid. *Dion.* p 447. & *Appian.* Εμφ. p. 749. Aliter illa *Rufinus* vertit. Μονάρχαι alias de Regulis supra ἀρχ. lib. 13. c. 16. §. 2. & §. 5. SPANH. Συμμάχους. *Rost.*

v Τὸ βέβαιον σῆς] Τὸ βέβ. τοὶ *MS. Lipsi.* vid. Pagium ad Baron. p. 23. SPANH. Σοὶ etiam *Rost.*

x Εξαγγέλλω.] Melius forte cum *Lugd. Bat.* leges ἐξαγγειλῶ. HAV.

y Περιθεὶς αὐτῷ] Confer *Strabonem* XVI. p. 765. A. *Tacitum* in *Histor.* V. 9. *Plutarchum* in *Anton.* p 949. 950. ALDR.

z Δογματι] *Rost.* Ῥήματι.

a Αλεξανδρον,] Vide *notas* ad *Antt.* l. 15. c. 6. §. 7. Αλέξανδρον Λαοδικέα Plutarch. in Antonio. Ox. Αλέξανδρον ἀρχ. lib. 15. c. 6. §. 7. SPANH.

b Οργὴ,] Ex hoc loco aliquis legendum suspicaretur ὀργῇ προκαλυλημμένος Καίσαρος, in *Antt.* l. 15. c. 6. §. 7.

c Επ' Αἰγύπτου] Επ' Αἰγυπτίου *Big.* Αἰγυπτίου *Big.* SPANH.

d Οὐδὲ ἔστιν] Abest a *Lugd. Bat.*

e Περιεῖναι βασιλείαν,] Hæc omnia desunt in *Rost.*

f Γάδαρα,——Στράτωνος.] Maritimæ urbes Gaza, Anthedon, Joppe, Stratonis Turris Herodi datæ ab Augusto. Gazam utpote civitatem liberam, Herodi à Cæsare datam negat, & inde Josephum redarguit Harduin. de num. Herod. p. 60. Conf. ἀρχ. lib. 15. c. 7. §. 3. Verum mox §. 9. Gazam etiam Costobaro ab Herode datam scribit, ubi regnum adeptus. Unde repugnantia hic à Josepho dici contendit Harduinus de num. Herod. p. 23. SPANH.

g Γαλάτας,] Conf. ἀρχ. lib. 15. c. 7. §. 3. SPANH.

h Εδορυφόρουν] *Lugd. Bat.* Εδωροφόρουν male.

i Επῆρεν] Ita *Big. Rost.* & *Bod.* ἀνῆρεν perperam *Bas.* & *Gen.* Εκῆρεν *Big. Bod. Ox.* SPANH.

δ'. [k] Μετὰ δὲ τ῎ πρώτ῾ω Ακτιάδα προσ῾έθησιν αὐτ῵ τῇ βασιλείᾳ, τόν τε [l] Τράχωνα καλούμενον, καὶ τ῎ προσεχῆ Βαταναίαν τε καὶ [m] Αὐρανίτιν χώραν, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. [n] Ζηνόδωρος, ὁ τ῎ Λυσανί῵ μεμισθωμένον οἶκον, καὶ [o] διέλειπεν ἐπαφεὶς τὰς [p] ἐκ τ῵ Τράχωνος λῃστὰς Δαμασκην῵ῖς. οἱ δὲ, ὅπ῍ [q] Οὐάρρωνα τ῎ ἡγεμόνα τῆς Συρίας καταφυγόντες ἐδεήθησαν δηλῶσαι τ῎ συμφορὰν αὐτ῵ῦ Καίσαρι. Καῖσαρ δὲ γνοὺς, [r] ἀνέπεμπεν ἐξαιρεθῆναι τὸ λῃστήριον. στρατεύσας ὧν Οὐάρρων, καθῄρε τε τ῎ ἀνδρῶν τ῎ γῆν, καὶ ἀφαιρεῖται Ζηνόδωρον, ἣν ὕστερον Καῖσαρ, ὡς μὴ γένοιτο πάλιν ὁρμητήριον τοῖς λῃσταῖς ὅπ῍ τ῎ Δαμασκὸν, Ηρῴδῃ δίδωσιν. κατέστησε δὲ αὐτὸν καὶ Συρίας ὅλης [s] ὅπ῍τροπον, [t] ἔτει δεκάτῳ πάλιν ἐλθὼν εἰς τ῎ ἐπαρχίαν, ὡς μηδὲν [v] ἐξεῖναι, δίχα τῆς ἐκείν῵ [x] συμβουλίας, τοῖς ὅπ῍τρόποις διοικεῖν. [y] ἐπεὶ δὲ τελευτᾷ Ζηνόδωρος, προσένειμεν αὐτῷ καὶ τ῎ μεταξὺ Τράχων῎ καὶ τῆς Γαλιλαίας γῆν ἅπασαν. ὁ δὲ τ῎τ῵ν Ηρῴδῃ μεῖζον ἦν, ὑπὸ μὲν Καίσαρος ἐφιλεῖτο μετ᾽ Αγρίππαν, ὑπ᾽ Αγρίππα δὲ μὲν Καίσαρα. ἔνθεν ὅπ῍ πλεῖστον μὲν εὐδαιμονίας προ῎κοπεν, εἰς μεῖζον δὲ ἐξήρθη φρόνημα. καὶ τὸ πλέον τῆς μεγαλονοίας ἐπέτεινεν εἰς εὐσέβειαν.

4. Post primam autem Actiada, Trachonem, ut appellatur, Herodis regno adjecit, eique finitimam Batanæam, itemque regionem Auranitidem, hujusmodi de causa. Zenodorus, qui Lysaniæ domum conduxerat, * nihil sibi ad latrones è Trachone Damascenis immittendos reliqui faciebat. Illi vero ad Varronem Syriæ præsidem confugiebant, orabantque ut suam calamitatem Cæsari notam faceret. Qua re cognita, rescripsit Cæsar, dandam esse operam ut tolleretur latrocinium. Varro igitur, ducto *in eos* exercitu, & regionem latronibus purgabat, & Zenodoro eam aufert, quam postea Cæsar, ne latrotronum contra Damascum receptaculum fieret, Herodi largitur. Anno autem decimo, *ex quo in Syria fuerat Cæsar*, in provinciam reversus, totius Syriæ Herodem procuratorem constituit, ut nihil procuratoribus liceret eo inconsulto administrare. Postquam vero mortuus esset Zenodorus, etiam terram omnem, inter Trachonem & Galilæam positam, eidem attribuit. Quod autem istis majus Herodi visum erat, à Cæsare quidem secundum Agrippam *maxime* diligebatur, ab Agrippa vero secundum Cæsarem. Hinc ad magnam felicitatem processit, animo vero magis elatus est, & cogitationes magnas pietati *rebusque sacris* impertiit.

Terram amplam Zenodoro ablatam Herodi dat Augustus. Antt. l. 15. c. 10. §. 1.

ΚΕΦ. κα'.

CAP. XXI.

XVI.

Περὶ πόλεων ὑφ᾽ Ηρῴδ῵ ἐπισκευασθέντων καὶ ἐκ τ῎ θεμελίων οἰκοδομηθέντων, ὧ῍ τε ἄλλων ὑπ᾽ αὐτ῵ῦ κλιθέντων. καὶ ὡς τὸ μεγαλόψυχον αὐτ῵ῦ καὶ τοῖς ἀλλοεθνέσιν ἐπεδείξατο, καὶ τύχη ἐν πᾶσιν ἐχρήσατο δεξιᾷ.

De urbibus ab Herode instauratis & à fundamento exstructis; deque aliis ab eo conditis. utque magnificentiam etiam exteris gentibus demonstravit, prosperaque in omnibus fortuna usus est.

[z] Πεν῎κκαιδεκάτῳ γὰρ ἔτει τῆς βασιλείας, αὐτόν τε τ῎ ναὸν ἐπεσκεύασε, καὶ τ῎ ὧ῍ αὐτὸν ἀνείλεικε χώραν, τῆς ὕσης [a] διπλασίαν, ἀμέτροις μὲν χρησάμενος τοῖς ἀναλώμασιν, ἀνυπερβλήτῳ δὲ τῇ σωτηρίᾳ. τεκμήριον δ᾽ ἦσαν αἱ μεγάλαι στοαὶ [b] ὧ῍ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ βόρειον ἐπ᾽ αὐτῷ φρούριον. ἃς μὲν [c] γὰρ ἀνῳκοδόμησεν ἐκ θεμελίων, τὸ δὲ ἐπεσκεύασε σ῵τῷ δαψιλεῖ, κατ᾽ οὐδὲν τ῎ βασιλείων [d] ἔλαττον. [e] ὃ Αντωνίαν ἐκάλεσεν, εἰς τ῎ Αντωνίου τιμήν. [f] τὸ γεμὴν [g] ἑαυτ῵ῦ βα-

Annum Hierosolymis instaurat Heroides, aliaque magnifice exstruit. *Antt.* l. 15. c. 11. §. 12. seq.

Antonia castellum. *Antt.* l. 15. c. 11. §. 4.

A Nno igitur regni *sui* decimo quinto & templum ipsum instauravit, & terræ spatium altero tanto majus, quam fuerat circa ipsum, muro amplexus est, sumptibus immensis atque insuperabili munificentia. Indicio autem erant magnæ circa fanum porticus, fanoque junctum à septentrione castellum. Has quidem à fundamentis exstruxit, illud vero largis opibus instauravit, non secus ac si regia exstitisset; quod Antoniam nominavit, in honorem Antonii. Porro cum regiam

---

k Μετὰ τ῎ πρώτ῾ην Ακτιάδα] Id est, anno primo Actiadis secundæ; regni vero Herodis 15. Nam (ut supra *Josephus*) anno ejus septimo pugnatum est ad Actium *cap.* XIX. §. 4. Anno autem exinde tertio (h. e. Herodis decimo) prima Actias celebrata est C. Cæsare Octaviano VI. M. Vipsanio Agrippa II. Coss. *Dio* LIII. p. 496. D. ALDR. H. e. Anno I. Actiadis II. Regni Herodis XV. OX. SPANH.

l Τράχωνα] Batanæa, Trachonitis & Auranitis Philippo ex Herodis filiis quatuor vid. ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. SPANH.

m Αὐρανίτιν χώραν,] Αβρανῖτιν *Suida*. Αὐρανίτην in quibusdam *MSS.* Vide ad *Antt.* l. 15. c. 10. §. 1. *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 13. p. 30. & *Relandum* in *Palæstina*, p. 106.

n Ζηνόδωρος,] Latronis hujus meminit *Strabo*, l. 16. p. 756. B. & tetrarchiæ ejus Herodi donatæ *Dio* LIV. p. 526. D. ALDR. Notandum, οἶκον Λυσανίου eundem esse ac *Lysaniæ* tetrarchiam vel *Abilenæ*, ut appellat *Lucas*. nam οἶκος *Josepho Aliisque* est *tetrarchia* vel *dominatio*, ut ostendit *Casaubonus* in *Exerc.* contra *Baronium*, p. 239. 240.

o Διελειπεν] *Lugd. Bat.* Διέλιπεν.

p Εκ τ῵ Τράχωνος] *Al.* ἐκ τ῎ Τρ. Verum hæc regio alicubi ὁ Τράχων, alibi Τραχωνῖτις appellatur. HUDS. Ex τ῵ Τράχωνος *Basil.* SPANH.

q Οὐάρρωνα] Ουαρρωνα de quo ἀρχ. lib. 15. c. 10. §. 1. Ουάρωνος *Gen.* vel Ουάρρωνος Varronis *Rufin.* Varronem hunc præsidem interpellabant.

r Ανιπέμπεν] *Lugd. Bat.* Ανιπέμπεν.

s Επίτροπον,] Vide *Norisium* in *Cenotaph. Pisan.* p. 290, 306.

t Ετει δεκάτῳ] Ex quo in Syria fuerat Augustus: annus enim iste decimus erat Herodis decimus septimus. *Antt.* XV. c. 11. p. 699. ALDR.

v Εξεῖναι,] *Lugd. Bat.* Εξείη.

x Συμβουλίας,] Συνεβουλῆς *Bod.* & *Rost.*

y Επεὶ δὲ τελευτᾷ Ζηνόδωρος, —Γαλιλαίας γῆν ἅπασαν.] At malè Galilæam à Josepho Herodi tribui contendit Harduin. de Nu. Herod. p. 23. Sed nullo fundamento. SPANH.

z Πεν῎κκαιδεκάτῳ γὰρ ἔτει τῆς βασιλείας,] Cum *Josephus* ipse statim (v. 4.) data opera distinguat inter ἐπισκεύαζειν & ἐκ τ῎ θεμελίων ἀνοικοδομεῖν, videtur hic aliud omnino intelligere atque narrat *Antt.* l. 15. c. 11. §. 1. qui proinde locus cum hoc non est committendus. Neque vero credibile est Herodem universis 17. annis, quibus urbes locosque pene infinitos exstruxit & exornavit, uni Templo Hierosolymitano nihil quicquam contulisse. Illi igitur multa alias impendit; sed hasce porticus inchoavit anno regni 15. quo donatus est tetrarchia Zenodori: novum vero adytum *à fundamentis exstruere*, quæque illi convenirent cætera adjicere cogitavit, postquam, defuncto Zenodoro, nova illi regio accessit; ut jam de *magnis reditibus promptaque pecunia* jure merito gloriaretur. Ita auctis opibus (ut *Josephus* inquit) etiam animi magnitudo majorem in modum crescebat. Hæc si valeat conjectura, salva res est; sin minus, pro ιε' scribe ιη': regni enim Herodiani duplex Epocha plane nihil est ad hunc rhombum. ALDR. Videsis *Casaubonum* contra *Baronium*, p. 278. &c. *Lud. Capellum* in *Spicileg.* ad *Joannis* c. 3. v. 20. & *Chr. Cellarium*, in *Vindiciis Josephi* contra *Harduinum*, c. 27. HUDS. Vide de hoc loco *Oxon. Not.* seu *Aldrichium*. SPANH.

a Διπλασίαν,] Διπλασίονα *Voss.*

b Περὶ τὸ ἱερὸν,] Επὶ τὸ ἱερὸν *Bod.*

c Γὰρ ἀνῳκοδόμησεν] Illud γὰρ non agnoscit *Bod.* nec *Rost.*

d Ελαττον.] Ita legendum censui cum *codice Rhedigeriano*, cui consentiunt *Voss.* & *Bod.* antea erat, ἔλατον. Αντωνίαν ἐκάλεσεν. In *Rufini* versione, *hoc autem, nulla re minus quam regni sedes, largis opibus renovatum, Antoniam* vocavit, quasi legisset, τὸ δὲ ἐπισκευασθὲν πλούτῳ δαψιλεῖ, κατ᾽ οὐδὲν τ῎ βασιλείων ἔλατον, Αντωνίαν ἐκάλεσεν. HUDS.

e Ο Αντωνίαν ἐκάλεσεν,] Quæ à Joanne Hyrcano condita est, & *Baris* appellata. Herodes imperante Antonio instauravit, & *Antoniam* dixit, & anno demum regni sui 15. manum illi ultimam admovit. Vide *Antt.* l. 18. c. 5. §. 4. *Belli* l. 1. c. 5. §. 4. Describitur Antonia *Belli* libro 6. ALDR. Conf. ἀλωσ. l. 1. c. 3. §. 3. SPANH.

f Τὸ γεμὴν] Ita rescripsi pro τό γε μὴν ἑαυτῦ.

g Εαυτῦ βασιλειον] Αὐτῦ in quibusdam *MSS.*

* Non cessavit unquam immittere, &c. *Ref.*

giam ſibi in urbe ſuperiori exſtruxiſſet, duos in ea maximos atque pulcherrimos * œcos, quibus ne templum quidem ipſum ullatenus conferri poſſet, de amicorum nominibus appellavit; unum quidem Cæſarium, alterum vero Agrippium.

Cæſarium & Agrippium caſtella.

2. Verum enimvero non ſolis tectis memoriam eorum & cognomina circumſcripſit, † ſed in totas civitates ſuum erga illos ſtudium ſeſe exporrexit. quippe in regione Samaritide urbem muro pulcherrimo per viginti ſtadia circumdedit, &, deductis eo ſex millibus colonorum, terraque fœcundiſſima his attributa, in loci conditi meditullio templum Cæſari exſtruxit maximum; &, circa illud area ſeſquiſtadii relicta, urbem Sebaſten nominavit. Eam vero habitantibus dedit, legibus egregiis inſtitutam.

Samaria muro circumdata, & Sebaſte nominata.

3. Poſt hæc, cum Cæſaris munificentia Herodi adjecta fuiſſet altera regio, ille etiam in ipſa templum ei ex candido marmore ad Jordanis fontes poſuit. Locus autem iſte Panium appellatur: ubi montis quidam vertex in altitudinem immenſam attollitur, & in latere ei ſubjecto ſpecus opacum ſeſe aperit, per quod præcipitium profundum in hiatum abruptum infinitum deprimitur, *adeo ut* & vaſto aquarum ſtagnantium abyſſo, & demittentibus aliquid ad terram explorandam nulla *menſuræ* longitudo ſufficiat. ‡ Speluncæ autem ad radices exteriores ſcaturiunt fontes: atque hinc, ut quidam putant, oritur Jordanes. Verum *hac de re* accurate aliquid in ſequentibus indicabimus.

Templum in honorem Auguſti apud Panium. conditum.

Jordanis fontes.

4. Rex autem cum apud Hierichunta, inter caſtellum Cypron & priores domos regias, alias exſtruxiſſet meliores & advenientibus commodiores, de amicorum nominibus *eas* appellavit. In ſumma, non erat idoneus regni locus, quem honore Cæſaris vacuum reliquerit. Poſtea vero quam regionem ſuam templis repleviſſet, in provinciam quoque honores ejus effudit, & in multis civitatibus * Cæſaria conſtituit.

Alia Herodis munificentia & animi erga amicos grati indicia.

5. Cum autem & inter maritimas civitates *unam vetuſtate* tum quidem laborantem animadvertiſſet, quæ Stratonis turris vocabatur, pro loci vero ex natura commoditate munificentiæ ſuæ capacem, totam candido lapide reparavit, & ſplendidiſſimis ornavit palatiis, qua in re maxime innatam ſibi animi magnitudinem demonſtravit. Nam Dora inter & Joppen, quibus interjecta & media eſt hæc urbs, univerſam oram maritimam contigit adeo importuoſam eſſe, ut omnes qui ſecundum Phœniciæ loca Ægyptum verſus navigarent, in ſalo fluctuare cogerentur, minas Africi metuentes: cujus etiam flatus mediocris tantos ad ſcopulos fluctus excitat, ut mare undarum refluxu per aliquantum ſpatii

Stratonis turris, quæ & Cæſarea, ſplendide inſtaurata. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

σίλειον χτ' τ' ἄνω δειμάμθ@ πόλιν, δύο τὰς μεγίστας τ@ θεικαλλεςάτας οἴκας, οἷς [h] ἐδὲ ναός πη συνεχρίνετο, προσηγόρθυσεν ἀπὸ τ' φίλων, τ' μὲν Καισάρειον, τ' δ' Ἀγρίππειον.

β'. Αλλὰ γ' οὐκ οἴκοις μόνον τ' μνήμην αὐτ῀ σ τὰς [i] ἐπικλήσεις θεμέγραψε, διέδη δ' εἰς ὅλας πόλεις αὐτῷ τὸ φιλότιμον. ἐν μέν γε τῇ Σαμαρείτιδι, πόλιν καλλίςῳ θεμβόλῳ τειχισάμθ@ ἐπὶ ςαδίοις, εἴκοσι, σ καλαγαγὼν ἑξακισχιλίους εἰς αὐτὴν οἰκήτορας, γῆν τε τούτοις προσνείμας λιπαρωτάτην, σ ἐν μέσῳ τ῀ κτίσματι, ναόν τε ἐνιδρυσάμθ@ τῷ Καίσαρι μέγιςον, σ θεὶ αὐτὸν τέμεν@ ἀπέδειξας τριῶν [k] ἡμίσου ςαδίων, τὸ ἄτυ [l] Σεβας ην [m] ἐκάλεσεν. ἐξαίρετον δ' τοῖς ἐν αὐτῷ παρέσχεν [n] εὐνομίαν.

γ'. Επὶ τούτοις δωρησαμένυ τ῀ Καίσαρ@ [o] αὐτὸν ἑτέρας [p] προσθέσ χώρας, ὅθεν κἀν ταύτῃ ναὸν αὐτῷ [q] λθυκῆς μαρμάρυ καθιδρύσαλο [r] θεμὰ τὰς Ιορδάνυ πηγάς. [s] καλεῖται δὲ [t] Πάνιον ὁ τόπ@. ἔνθα κορυφὴ μὴ τὶς ὄρυς εἰς ἄπειρον ὕψ@ ἀναδείνε@. θεμὰ δ' τ' [v] ὑπώρειον λαγόνα, σπηλαίοις ἄντρον ὑπανοίγ, δι' ὃ βαραθρώδης κνημὸς εἰς ἀμέτρητον ἀπῤῥῶγα βαθύνεται, πλήθ τε ὕδα@ ἀσαλεύτυ, σ τοῖς καθιμῶσί τι πρὸς ἔρθυναν γῆς, οὐδὲν μῆκ@ ἐξαρκεῖ. ὕ δὲ ἄντρυ χτ' τὰς ἔξωθεν ῥίζας [x] ἀναδίελλυσιν αἱ πηγαί. σ γένεσις μὲν ὡς ἔνιοι δοκοῦσιν ἔνθεν Ιορδάνυ. τὸ δὲ ἀκριβὲς ἐν τοῖς ἑξῆς δηλώσομεν.

δ'. Ο δὲ βασιλεὺς σ ἐν Ιερεχοῖ μέλαξυ [y] Κύπρυ ὕ φρυρίυ σ τ' πρόσθεν βασιλείων, [z] ἄλλα κάλασκευασάμθ@ ἀμείνω σ χρησιμώτερα πρὸς τὰς ἐπιδημίας, ἀπὸ τ' αὐτ῀ σ ὠνόμασε Φίλων. [a] καθόλυ τε εἰπεῖν, οὐκ ἔςιν ὅν τινα τ' βασιλείας ἐπιτήδειον τόπον τ' πρὸς Καίσαρα τιμῆς γυμνὸν εἴασεν. [b] ἐπειδὴ δὲ τ' ἰδίαν χώραν ἐπλήρωσε ναῶν, εἰς τ' ἐπαρχίαν αὐτῦ τὰς τιμὰς ὑπερεξέχεε, σ πολλαῖς πόλεσιν ἐνιδρύσαλο [c] Καισάρεια.

ε'. Κατιδὼν δὲ κἀν τοῖς θαλίοις πόλιν, ἤδη μὲν κάμνυσαν, Στράτων@ ἐκαλεῖτο πύργ@, σ δὲ εὐφυΐαν τ῀ χωρίυ δέκα δυναμένην τὸ φιλότιμον αὐτῦ, πᾶσαν ἀνέλπισε λευκῷ λίθῳ, σ [d] λαμπρόταλοις ἐκόσμησε βασιλείοις, ἐν ᾗ μάλις τὸ φύσ μεγαλόνυν ἐπεδείξαλο. [e] μέλαξυ γ' Δώρων σ Ιόππης, ὧν ἡ πόλις μέση κεῖται, πᾶσαν εἶναι συμβέβηκε τ' θαλίαν ἀλίμενον, ὡς πάντα τ' τ' Φοινίκην [f] ἐπ' Αἴγυπλον θαπλέονλα σαλεύειν ἐν πελάγ, σ δὲ τ' ἐκ λιβὸς ἀπειλήν. ᾧ σ [g] μετρίως ἐπαυρίζονλι τηλικοῦτον ἐγείρεται κῦμα πρὸς ταῖς πέτραις, ὡς τε τ' ὑποτροφὴν τ῀ κύμαλ@ ἐπὶ πλεῖον ἐξαγεσθαι τ' θάλασσαν. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς

---

h Οὐδὲ ναός] *Lugd. Bat.* Οὐδ' ὁ.

i Επικλήσεις] Ita *MSS.* κλήσεις *Baſ.* & *Gen.* HUDS. Επικλήσεις *MSS.* & *Oxon.* SPANH.

k Ημισυ ςαδίων,] Ita emendavimus ex optimo *Cod. Lugd. Bat.* in reliquis ἡμισταδίων. HAV.

l Σεβας ην] Samaria urbs ab Herode Σεβαςὴ dicta *Antt.* l. 13. c. 10. §. 2. Conf. & ſup. c. 2. §. 7. SPANH.

m Εκάλεσεν.] *Lugd. Bat.* Επεκάλεσεν.

n Εὐνομίαν.] Ita lego & diſtinguo. prius erat in *Edit. Baſ.* εὐνομίαν, ἐπὶ τούτοις δ. τ. κ. ἀ. ἰ. π. χώραν. ὁ ὃ &c. aliter *Gen.* εὐνομίαν. ἐπὶ τούτοις δ. τ. κ. ἀ. ἰ. π. χώραν. ὁ δὲ &c. in *Cod. Bod.* εὐνομίαν, ἐπὶ τούτοις δωρησαμένυ τ῀ Καίσαρος ἑτέραν προσθεσιν χώρας.

o Αὐτὸν] Abeſt a *Roſt.*

p Προσθεσιν] *Caſ.* Πρόσθεσιν.

q Λευκῆς μαρμάρυ] Λευκοῦ μαρμάρου *Bod.* & *Roſt.* qui legit αὐτῆς σὺν τοῖς, &c.

r Παρὰ τὰς Ιορδάνυ πηγάς.] Conf. *Antt.* lib. 15. c. 10. §. 3. SPANH.

s Καλεῖται δὲ] Conf. Ant. Jud. lib. 8. c. 8. §. 4. SPANH.

t Πάνιον ὁ τόπος.] Πάνιον *Bod.* Vide ad l. 15. c. 10. §. 4.

v Υπώρειον λαγόνα,] Ita *Voſſ.* 2. *Big.* & *Bod.* ὑπώριον *Baſ.* & *Gen.* ὑπώρειαν in *aliis.* HUDS. Υπώρειαν λαγόνα *Voſſ.* ὑπώριον. *Big. Bod.* Ox. SPANH.

x Αναδίελλυσιν] *Roſt.* Ανασέλλυσιν.

y Κύπρυ ὕ φρυρίυ] De hoc Κύπρῳ Caſtello ſupra Hierichuntem ἀρχ. l. 16. c. 5. §. 2. & infr. §. 9. SPANH.

z Αλλα] Αλλα *MSS.* & *Ox.* SPANH.

a Καθόλυ τε εἰπεῖν] Ita cum *Big. Lugd. Bat.* & *Roſt.* & *Bod.* καθόλου in *ceteris.* HUDS. Καθόλυ *Big. Bod. Ox.* SPANH.

b Επειδὴ δὲ] Επεὶ δ' *Voſſ.*

c Καισάρεια.] Ita lego ex *Rufini* libris. Καίσαρα in *Græcis* omnibus. HUDS. *Gen.* Καίσαρα. F. Καισάρεια. *Rufin.* Cæſaria. SPANH.

d Λαμπρόταλοις] *Roſt.* Λαμπρότατα.

e Μέλαξυ γ' Δώρων—ἀλίμενον,] Ora importuoſa Phœniciæ inter Dora & Joppen, conf. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Ubi Cæſarea inter Dora & Joppen in Phœnice dicitur ſita, ab aliis in Palæſtina. Flavia eadem in Nummis dicta à Flaviorum temporibus. Hæc de Cæſareæ ſitu à Joſepho adſcripta redarguit Harduin. de Num. Herod. p. 28. SPANH.

f Επ' Αἴγυπλον] Επ' Αἰγύπλε *Bod. Busb.* & *Rhed.* Αιγύπτυ *Bod.* SPANH.

g Μετρίως ἐπαυρίζονλι] *Roſt.* Μετρίως αὔλῳ προσχωμένῃ.

* De hac voce videſis *Vitruvium.*

† Sed in totas civitates ſtudium liberalitatis extendit, *Ruf.*

‡ Foris autem è ſpeluncæ radicibus oriuntur fontes, *Ruf.*

* *Sc.* templa quæ Cæſaria vocantur, *prout vertit Rufinus.*

h Φιλο-

λεὺς τοῖς ἀναλώμασι, καὶ τῇ [h] φιλοτιμίᾳ νικήσας τὴν φύσιν, [i] μείζονα μὲν τοῦ Πειραιέως λιμένα κατεσκεύασεν· ἐν δὲ τοῖς μυχοῖς αὐτοῦ, βαθεῖς ὅρμους ἑτέρους.

ς'. Καθάπαν δὲ ἔχων ἀντιπράσσοντα τὸν τόπον, ἐφιλονείκησε πρὸς τὴν δυσχέρειαν, ὡς τὴν μὲν ὀχυρότητα τοῦ δομήσεως δυσάλωτον εἶναι τῇ θαλάσσῃ, τὸ δὲ κάλλος ὡς ὅτι μηδενὶ δυσκόλῳ κεχοσμῆσθαι. συμμετρησάμενος γὰρ ὅσον εἰρήκαμεν τῷ λιμένι μέγεθος, καθίει λίθους ἐπ' ὀργυίας εἴκοσιν εἰς τὸ πέλαγος, ὧν ἦσαν οἱ πλεῖστοι, μῆκος πηχῶν πεντήκοντα, βάθος ἐννέα, [k] εὖρος [l] δέκα, τινὲς δὲ καὶ μείζους. ἐπεὶ δὲ ἀνεπληρώθη τὸ βάθος, ὕτως ἤδη τὸ ὑπερέχον τοῦ πελάγους τεῖχος ὅτι διακοσίους πόδας ἠὐρύνετο. ὧν οἱ [m] μὲν ἑκατὸν [n] προὐδεδόμητο πρὸς τὴν ἀνακοπὴν τοῦ κύματος, [o] προκυμαία γῆν ἐκλήθη· τὸ δὲ λοιπὸν ὑπόκειτο τῷ περιθέοντι λιθίνῳ τείχει. τοῦτο δὲ πύργοις [p] διείληπτο μεγίστοις, ὧν ὁ πρῶτος καὶ περικαλλέστατος ἀπὸ τοῦ Καίσαρος προγόνου, [q] Δρουσίων κέκληται.

ζ'. Ψαλίδες δὲ πυκναὶ πρὸς καταγωγὴν τῶν ἐνορμιζομένων· καὶ τὸ πρὸ αὐτῶν πᾶν [r] κύκλῳ νάγμα, τοῖς ἐπιβαίνουσι πλατὺς περίπατος. ὁ δὲ [s] εἴσπλους βόρειος, [t] αἰθριώτατος γὰρ ἀνέμων [v] τῷ τόπῳ βορέας, καὶ ὅτι τοῦ στόματος [x] κολοσσοὶ τρεῖς ἑκατέρωθεν ὑπεστηριγμένοι κίοσιν, ὧν τοὺς μὲν ἐκ λαιᾶς χειρὸς εἰσπλέοντος [y] πύργος κατὸς ἀνέχει, τοὺς δὲ ἐκ [z] δεξιᾶς δύο ὀρθοὶ λίθοι συνεζευγμένοι, τοῦ κατ' ἀτερον χεῖλος πύργου [a] μείζονες. προσεχεῖς δὲ οἰκίαι τῷ λιμένι, λευκῇ καὶ αὐταὶ λίθῳ, καὶ καταλείπουσι ἐπ' αὐτὸν οἱ στενωποὶ τοῦ ἄστεος, πρὸς ἓν διάστημα [b] μεμερισμένοι. καὶ τοῦ στόματος ἄλιπρυς [c] ναὸς Καίσαρος ὅτι γλύφῳ, κάλλει καὶ μεγέθει διάφορος· ἐν ᾧ αὐτῷ κολοσσὸς Καίσαρος, ἐκ πηδέων [d] τῷ Ολυμπιάσι Διὸς, ᾧ καὶ προσείκασται, [e] Ρώμης ἴσος Ηρᾳ τῇ κατ' Αργος. ἀνέθηκε δὲ τῇ μὲν ἐπαρχίᾳ τὴν πόλιν, τοῖς ταύτῃ δὲ πλοϊζομένοις τὸν λιμένα, Καίσαρι δὲ τὴν τιμὴν τοῦ κτίσματος· [f] Καισάρειαν γῆν ὠνόμασεν αὐτήν.

vehementius agitaretur. Sed rex, cum sumptibus & liberalitate naturam vicisset, portum Piræeo majorem fecit, ejusque in recessibus alias *navibus* stationes *admodum* profundas.

6. Et quanquam totus ei locus adversabatur, tamen ita cum difficultate *rei* colluctatus est, ut structuræ quidem firmitas mari esset inexpugnabilis, pulchritudo vero *tanta* quasi in opere ornando nihil *arduum* fuisset & impeditum. Commensus enim quantum diximus portui spatium, saxa in viginti ulnarum pelagus demittit, quorum pleraque ad pedes quinquaginta longitudine, altitudine novem, & latitudine decem, nonnulla vero etiam majora. Postquam autem profundum adimpletum esset, tum murum *paululum* jam supra mare exstantem in ducentos pedes dilatavit. quorum centum quidem ad fluctus frangendos repellendosque præstructi erant, unde procymatia dicebatur: reliquum vero subjectum erat muro lapideo portui circundato. Hoc autem turribus maximis distinctum erat; quarum quæ eminebat & speciosissima erat, à Druso privigno Cæsaris Drusium cognominata est.

Portu amplissimo auctus. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

Turris à Druso nominata. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

7. Crebri autem fornices *erant*, * appellentibus diversoria; præque illis omnis in circuitu planities, exscendentibus locus erat amplus ad inambulandum. aditus etiam borealis *erat*, ventorum enim pro situ loci placidissimus est boreas, atque ad ostium colossi tres ex utraque parte, suffulti columnis, quos à sinistra quidem portum intrantibus solida turris sustinet, à dextra vero duo recti lapides conjuncti, turri ex adverso labro majores. Portui autem ædes connexæ *erant*, ipsæque è saxo candido, & in eum tendebant civitatis angiportus pari intervallo à se invicem disjuncti. Contra ostium vero in tumulo Cæsaris templum, pulchritudine simul & magnitudine excellens; atque in eo Cæsaris colossus, non minor Jovis apud Olympiam, cujus ad exemplar factus est, Romæ vero *alter* par Junoni quæ Argis est. Urbem autem provinciæ dedicavit, portum vero illac navigantibus, Cæsari autem structuræ honorem; unde *urbem* ipsam Cæsaream appellavit.

Portus Cæsareensis ulterior descriptio. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

Augusti & Romæ statuæ. Antt. l. 15. c. 9. §. 6.

8. Quin-

---

h Φιλοτιμίᾳ] *Rost.* Φιλοτεχνίᾳ quod quoque haud est spernendum. HAV.

i Μείζονα μὲν τοῦ Πειραιέως] Μέγεθος μὲν καὶ τὸν Πειραιᾶ in *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Hunc *Sebastum* dixit in honorem Cæsaris, *Antt.* l. 17. c. 5. §. 1. & ad Piræei exemplum ita constituxit, ut singula in eo visenda tam materia quam opere superaret. Id constabit conferenti cum *Josepho* quæ de Piræeo passim *Thucydides*, & *Pausanias* in *Atticis* retulit. ALDR. Cæsareæ major Piræeo portus Σεβαστὸς dictus. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. & l. 17. c. 5. §. 1. Item infr. c. 31. §. 3. ubi *Ox.* Σεβαστοῦ *Gen.* malè Σεβαστῶν. SPANH.

k Εὖρος] *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Οὐκ ἐλαττον διακοσίων. SPANH.

l Δέκα,] Οὐκ ἐλαττον ιη'. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6.

m Μὲν ἑκατὸν] Illud μὲν è *MSS.*

n Προὐδεδόμητο] Ita cum quibusdam *MSS.* & *Rufino.* προσεδεδόμητο in *Editis Aliisque.*

o Προκυμαία] Ita scribo, monente *Aldrichio.* προκυμία in *libris*, προκυμάτια in *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. HUDS. *Gen. Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Προκυμαλία, hic verò προκυμία vel προκυμαία. *Ox.* moles opposita fluctibus. SPANH.

p Διείληπται μεγίστοις,] Ita & *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. περιείληπται *Busb.*

q Δρουσίων κέκληται.] Δρῦσος ὀνομάζεται *Antt.* Ibidem. Rectius forsan Δρύσιον vel Δρύσιων ex *Rufino.* Pro κέκληται *Rost.* καλεῖται. HUDS. Δρυσίου *Big. Bod. Basil.* Δρύσιον *Rusin. Oxon.* Δρυσίων *MS.* Conf. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Ubi Δρῦσος. SPANH.

r Κύκλῳ νάγμα,] *Rost.* Κύκλων δὲ quasi κυκλόσις vel simile quid voluisset; neque enim intellexit librarius quid esset νάγμα, neque memini alibi observasse. Non tamen fugit *H. Stephanum*, qui Tom. IV. Thes. p. 1495. docet derivari a νάσσω, & *vallem* significare, licet ibi *vellus* perperam exstat. Adnotari itaque ibidem hic *Josephi* locus meretur. HAV.

s Εἴσπλους βόρειος,] Scylax de Beryto λιμὴν βορειὸς ob eandem causam. REL.

t Αἰθριώτατος γὰρ ἀνέμων] Οὐριώτατος *Busb.* & *Rhed.* Conf. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6.

v Τῷ τόπῳ βορέας,] *Rost.* Πάντων.

x Κολοσσοὶ τρεῖς] Quorum nulla mentio in *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. κολοσσοὶ σφῶν legit *Bod.* & *Rost.* non male. Si fuissent enim *Colossi* proprie dicti, eorum utique nomina *Josephus* indicasset. ALDR. Κόλοσσοι σφῶν *Bod.* de his *Colossis* nulla mentio *Antt.* lib. 15. c. 9. §. 6. SPANH.

y Πύργος κατὸς] Πυργὸς στρογγύλος κατὸς ἀνέχει *Bod.* & *Rost.*

z Δεξιᾶς] *Rost.* Δεξιῶν.

a Μείζονες.] Ita & *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. ubi *Rufinus*, nescio quare, *pares* pro *majoribus* habet; nisi forte symmetriam operis ita poscere judicavit. ALDR.

b Μεμερισμένοι.] *Rost.* Μεμιλημένοι.

c Ναὸς Καίσαρος] Intellige Romæ & Augusti. Templa enim Augustus in nulla provincia nisi communi suo Romæque nomine recepit *Sueton.* in *Aug.* cap. 52. Licet Pergami & Nicomediæ recepisse narret *Dio* LI. p. 458. Sed *Dionem* eademque opera *Josephum* interpretabitur Tiberius apud *Tacitum* in *Annal.* IV. 37. Augustus (inquit) sibi atque urbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuit. ALDR. Romæ & Augusti vid. *Bod. Ox.* SPANH.

d Τῷ Ολυμπιάσι] Forte Ολημπιάσι vel Ολυμπιάζι. Sed crediderim potius *Josephum* ἐν Ολυμπίᾳ scripsisse. ALDR. Ἐν Ολυμπῷ *Bod.* & *Rost.* infra ἐν Ολυμπιάσιν. HUDS. Ἐν Ολυμπ. *Oxon.* SPANH.

e Ρώμης—Αργ.] *Sc.* κόλοσσον. Dicit enim colossum quidem *Cæsaris* Olympico Jove non minorem, atque ad eandem formam effictum fuisse; alterum vero *urbis Romæ*, æqualem magnitudine simulachro *Junonis Argivæ.* Locum hunc corrumpit potius quam corrigit *Barthius* ad *Statii* lib. 1. Sylv. 1. Videsis *Rubenium* de *Gemma Augustea*, pag. 212. *Spanhemium* ad *Callimachum*, p. 273. HUDS. Cæsareæ Augusti Templum in medio tumulo, in quo simulacra Romæ & Augusti, Romæ par Junoni, &c. Vid. *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. Τὸ μὲν Ρώμης, τὸ δὲ Καίσαρος. SPANH.

f Καισάρειαν γῆν] Tanto quippe amore apud Barbaros fuit (Augustus) ut Reges populi Romani amici in honorem ejus conderent civitates quas Cæsareas nominarent: sicut in Mauritania à rege Juba, & in Palæstina, quæ nunc est urbs clarissima. *Eutropius* VII. 10. Reges amici atque socii in suo quique regno Cæsareas urbes condiderunt. *Sueton.* in *Aug.* c. 60. ALDR.

* Ad rerum advectarum receptacula. *Lowthius.*

† Expleto autem spatio quod unda celabat, in ducentos pedes murum dilatavit, *Ruf.*

Præter alia, ludos in honorem Cæsaris instituit Herodes. Antt. l. 16. c. 5. §. 1.

8. Quinetiam cætera ex operibus *suis*, amphitheatrum *scilicet*, & theatrum, & forma, nomine quo appellantur non indigna, posuit: &, ludis quinquennalibus institutis, itidem à Cæsare *eos* denominavit, cum primus ipse maxima præmia *certantibus* proposuisset Olympia centesima nonagesima & secunda; in quibus *ludis* non solum victores, sed & *illis* proximi, & tertii regiarum divitiarum participes facti erant. Porroque cum Anthedonem in maritimis grassante bello eversam restituisset, Agrippiam nominavit; ejusdemque amici, ex abundanti sua benevolentia, nomen etiam portæ inscripsit, quam ipse in templo ædificavit.

Anthedon restituta & Agrippias dicta. Antt. l. 13. c. 13. §. 3.

9. Quin & patris amator erat, si quisquam alius. nam & patri monumentum constituit, & urbem, quam in pulcherrima regni *sui* planitie conditam, fluviisque & arboribus decoratam, Antipatridem nuncupavit. Cumque supra Hierichuntem castellum, firmitate & pulchritudine excellens, muro cinxisset, matris suæ nomine Cypron appellatum ei dedicavit; & Phasaëlo fratri turrim *ei* cognominem Hierosolymis: cujus & formam & in amplitudine magnificentiam in sequentibus declarabimus. aliamque urbem, juxta vallem qua ab Hierichunte versus boream itur, conditam, Phasaëlidem nominavit.

Antipatris urbs condita. Antt. l. 16. c. 5. §. 2.

Et Cypron castellum. Ibid.

Et Phasaëlis urbs. Ibid.

10. Cum autem domesticos & amicos ævo *sempiterno* tradidisset, ne sui quidem memoriam insuper habuit; sed castellum, in monte quodam Arabiæ communitum, de suo nomine Herodium appellavit. Tumulum etiam in mammæ formam manufactum, qui ab Hierosolymis abest sexaginta stadia, eodem quidem nomine vocavit, verum ambitiosius instruxit. Etenim rotundis quidem turribus summitatem *ejus* complexus est, ambitum vero occupavit palatiis sumptuosissime exstructis, ut ædificia non solum intus essent aspectu splendida, sed & exteriores parietes & maceriæ & tecta pretiosis largiter circumfusa essent ornamentis. Magnam etiam aquæ copiam ingenti impensa è longinquo induxit, & ducentis gradibus è marmore candidissimo ascensum distinxit. Erat enim tumulus modice excelsus, totusque manu factus. Quin & alia ad imum ejus palatia ædificavit, quæ & impedimenta & amicos recipere possent: adeo ut, pro rerum quidem omnium copia, castellum *illud* civitas esse videretur, circuitu vero, domus regia.

Et Herodium castellum in Arabia. Et Herodium alterum dissitum ab Hierosolymis stadia LX. *Antt.* l. 14. c. 13. §. 9.

11. Cum autem *tot* tantaque *lautius* exstruxisset, plerisque exterarum civitatum animi sui magnitudinem patefecit. Namque apud Tripolim & Damascum & Ptolemaïdem gymnasia,

Herodis in exteros liberalitas. Antt. l. 16. c. 5. §. 3.

η'. Τὰ γε [g] μὴν λοιπὰ τ῀ ἔργων, ἀμφιθέατρον, καὶ θέατρον, καὶ ἀγοράν, ἄξια δ᾽ προσηγορίας ἐνιδρύσατο. καὶ [h] πενταετηρικὸς ἀγῶνας καταστήσαμενος, ὁμοίως ἐκάλεσεν ἀπὸ τ῀ Καίσαρος, πρῶτος αὐτὸς ἆθλα μέγιστα προθεὶς ὑπὲρ τὸ ἑκατοστῆς ἐνενηκοστῆς καὶ δευτέρας Ολυμπιάδος, οὐ οἷς ἐ μόνον οἱ νικῶντες, ἀλλὰ καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν, καὶ οἱ τρίτοι τ῀ βασιλικῶν πλούτου μετελάμβανον. ἀναλίσας δὴ καὶ [i] Ανθηδόνα τ῀ παράλιον [k] καταφθεῖσαν ὑπὸ πολέμου, [l] Αγρίππειον προσηγόρευσεν. τ῀ δὲ αὐτῆ φίλου, δι᾽ ὑπερβολὴν εὐνοίας, καὶ ἐπὶ τ῀ πύλης [m] ἐχάραξε τὸ ὄνομα, ἣν αὐτὸς ὑπὲρ τῷ ναῷ κατεσκεύασεν.

θ'. Φιλοπάτωρ γεμὴν, εἰ καί τις ἕτερος. [n] καὶ γὰρ τῷ πατρὶ μνημεῖον [o] κατέστησε, πόλιν, ἣν ὑπὲρ τῷ καλλίστῳ τ῀ βασιλείας πεδίῳ κτίσας, προαυλίοις τε καὶ δένδρεσι πλουσίαν, ὠνόμασεν [p] Αντιπατρίδα. [q] καὶ τὸ ὑπὲρ Ιεριχοῦντος φρούριον, ὀχυρότητι καὶ κάλλει διάφορον, τειχίσας, ἀνέθηκε τῇ μητρὶ προσειπὼν [r] Κύπρον. [s] Φασαήλῳ δὲ τῷ ἀδελφῷ τ῀ ὑπὲρ Ιερουσολύμοις ὁμώνυμον πύργον. [t] ἃ τό, τε σχῆμα καὶ τ῀ ὑπὲρ τῷ μεγέθει πολυτέλειαν, [v] διὰ τ῀ ἑξῆς δηλώσομεν. καὶ πόλιν ἄλλην [x] κτίσας κατ᾽ τ῀ ἀπὸ Ιεριχοῦς ὄντων αὐλῶνα πρὸς βορέαν, [y] Φασαηλίδα ὠνόμασεν.

ι'. Παραδοὺς δὲ [z] αἰῶνι τούς τε οἰκείους καὶ φίλους, οὐδὲ τ῀ αὐτῆ μνήμης ἠμέλησεν, ἀλλὰ [a] φρούριον [b] ὀπτειχίσας τῷ πρὸς Αραβίαν ὄρει, προσηγόρευσεν [c] Ηρώδιον ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. [d] ἔστι δὲ μαστοειδὴς κολωνὸς ὅλα χειροποίητος, ἐξήκοντα σταδίων ἀπόθεν Ιεροσολύμων, ἐκάλεσε μὲν ὁμοίως, ἐξήσκησε δὲ φιλοτιμότερον. στρογγύλοις μὲν γὰρ τ῀ ἄκραν πύργοις περιέσχεν, ἐπλήρωσε δὲ τ῀ περίβολον βασιλείοις πολυτελεστάτοις, ὡς μὴ μόνον τ῀ ἔνδον τ῀ οἰκημάτων ὄψιν εἶναι λαμπρὰν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν [d] τοίχοις, καὶ [e] θριγκοῖς, καὶ στέγαις, περιεχούσῃ τ῀ πολὺν δαψιλῆ. πόρρωθεν δὲ μεγίστοις ἀναλώμασιν ὑδάτων πλῆθος εἰσήγαγε, καὶ βαθμοῖς διακοσίοις [f] λευκολίθου μαρμάρου τ῀ ἄνοδον διέλαβεν. ἦν γὰρ δὴ τὸ χεώλοφον ὀπτικῶς ὑψηλὸν, καὶ πᾶν χειροποίητον. κατεσκεύασε δὲ καὶ περὶ τὰς ῥίζας ἄλλα βασίλεια, τ῀ τε ἀποσκευὴν καὶ τοὺς φίλους δεξασθαι δυνάμενα. ὥς τε, τῷ μὲν πάντα ἔχειν, πόλιν εἶναι δοκεῖν τὸ ἔρυμα, τῇ περιγραφῇ δὲ [g] βασίλειον.

ια'. Τοσαῦτα δ᾽ οὖν κτίσας, [h] πλείοσι καὶ τ῀ ἔξω πόλεων τὸ μεγαλόψυχον ἐπεδείξατο. Τριπόλει μὲν [i] γὰρ καὶ Δαμασκῷ καὶ Πτολεμαΐδι [k] γυμνάσια,

Βύ-

g Μὴν] Μὴν *Ed. Basil.* & *MS. Bod. Voss.* Ox. SPANH. ut & *Rost. Ed. Gen.* Τὴν.

h Πενταετηρικοὺς ἀγῶνας] Agonem alterum quinquennalem Hierosolymis ante constituerat. *Antt.* l. 15. c. 8. §. 1. Et provinciæ quidem pleræque super templa & aras. ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituere. *Sueton.* in *Aug.* cap. 59. ALDR.

i Ανθηδόνα τὴν παράλιον] Anthedon maritima, postremum omissum à *Rufino.* SPANH.

k Καταφθεῖσαν ὑπὸ πολέμου,] Καταφρυφθεῖσαν in *MS.* Καταφρυφθεῖσαν in *Lugd. Bat.*

l Αγρίππειον] Rectius Αγριππιάδα. Id enim urbi nomen, supra cap. 4. §. 2. Agrippium vero domus erat Hierosolymis exstructa, sicut hoc ipso capite (§. 1.) docet Josephus. ALDR. Conf. sup. c. 4. § 2. SPANH.

m Εχάραξε] *Rost.* Διεχάραξε.

n Καὶ γὰρ] *Lugd. Bat.* Καὶ γὰρ καὶ.

o Κατέστησε, πόλιν,] Καθίστηκε *Voss.* 2. & *Big.* καθίθηκε *Voss.* & *Bod.* HUDS. Καθίθηκε quoque *Rost.* Sed recte καὶ (quod in priore Editione ante πόλιν legebatur delet *Lugd. Bat.* neque judicabamus ibi locum habere, quum Herodes patri suo non erexerit monumentum simul & urbem, sed urbem, quam in monumentum memoriæ ejus Antipatridem nominavit, sicut ex collatione *Antt.* 16. 5. 2. apparere potest. HAV.

p Αντιπατρίδα.] Conf. sup. lib. 1. c. 4. §. 7. SPANH.

q Καὶ τὸ ὑπὲρ Ιεριχοῦντ῀] Καὶ τὸ περὶ Ιερ. *Voss.* 1. & *Bod.* Υπερ Ιεριχ. *MS. Bod. Voss.* Περὶ Ox. SPANH.

r Κυπρον.] Conf. sup. §. 4. SPANH.

s Φασαήλῳ] Φασαήλῳ vid. *Antt.* l. 16. c. 5. §. 2. & l. 17. c. 12. §. 2. SPANH.

t Οὗ τό, τε] Οὗ τὸ *Lugd. Bat.* Οὗ τότε *Rost.*

v Διὰ τ῀ ἑξῆς] Nempe *Belli* lib. 6.

x Κτίσας] *Rost.* Τειχίσας.

y Φασαηλίδα] *Antt.* lib. 16. c. 5. §. 2. & lib. 17. c. 8. §. 1. SPANH.

z Αἰῶνι] Sic ἀεὶν pro æternitate apud Gregor. Nazianz. Orat. XXXVIII. p. 616. SPANH.

a Φρούριον] Nota duplicis *Herodii* mentionem fieri. Posterioris hujus meminit *Plinius* ubi Toparchias recenset V. 14. Et cum illo convenit *Josephus* in *Antt.* l. 14. c. 13. §. 9. & *Belli* lib. 3. Descriptionem quam hic loci habes confer cum *Antt.* l. 15. c. 9. §. 6. ALDR.

b Επιτειχίσας] Τειχίσας *Voss.* & *Big.*

c Ηρώδιον—φιλοτιμώτερον.] Conf. sup. c. 13. §. 8. SPANH.

d Τοίχοις,] Τείχεσι *Voss.* 1.

e Θριγχοῖς,] *Lugd. Bat.* Θριγγοῖς.

f Λευκοτάτης μαρμάρου] Ita *Big.* prout solet *Josephus.* λευκοτάτου *Bod.* & *Lugd. Bat.* λευκοτάτοις in *ceteris.* HUDS. Λευκοτάτοις vel λευκοτάτης *Big.* λευκοτάτου. *Bod. Ox.* SPANH.

g Βασίλειον.] *Rost.* Τὸ βασίλειον.

h Πλείοσι καὶ τ῀] Πλείσαι καὶ τοῖς (ταῖς *Rost.*) ἔξω πόλεσι *Bod.* HUDS. Πλείσαι καὶ ταῖς ἐξ. *Bod.* SPANH.

i Γὰρ] Abest a *Rost.*

k Γυμνάσια,] Γυμνάσια *publicas balneas* & γυμνασιαρχίας statim *thermarum exhibitionem* reddit *Rufinus*, & interpretationem suo sæculo & Latinis auribus accommodavit; eodem jure quo Agrippæ Balnea Γυμνάσιον appellavit *Dio* LIII. p. 515. B. quamvis imperante Augusto Gymnasia non essent Italicæ consuetudinis. *Vitruv.* V. 11. Verum ista consuetudo ita deinceps immutata est, ut sequentibus sæculis revera essent *Gymnasia* quæ vulgo

[l] Βύβλῳ ϑ τεῖχ@, ἐξέδρας τε ϗ ϛοὰς ϗ ναὺς ϗ ἀγορὰς Βηρυτῷ καλασκευάσας ϗ Τύρῳ, Σιδῶνι γε μὴν ϗ Δαμασκῷ ϑέαλρα, Λαοδικεῦσι ϑ τοῖς ϖαραλίοις ὑδάτων εἰσαγωγὴν, Ασκαλωνίταις ϑ βαλανεῖα ϗ [m] κρήνας ϖολυτελεῖς, ϖρὸς ϑ ϖᾶ ϵῖϛυλα, ϑαυμαϛὰ τ τε ἐργασίαν ϗ τὸ μέγεθ@. εἰσὶ ϑ οἷς ἄλση ϗ [n] λειμῶνας ἀνέθηκεν. ϖολλαὶ δὲ ϖόλεις, ὥϖερ κοινωνοὶ ϛ βασιλείας, ϗ χώραν ἔλαβον ϖαρ' αὐτῦ. [o] γυμνασιαρχίας δὲ ἄλλας ἐπ' ἐνίοις τε ϗ διηνεκέσιν ἐδωρήϛαλο ϖροσόδοις, [p] καλαλάξας, ὥϖερ Κώοις, ἵνα μηδέποτε ἐκλείπῃ τὸ γέρας. ϲῖτον γε μὴν ϖᾶϲιν [q] ἐχορήγησε τοῖς δεομένοις, ϗ τῇ Ρόδῳ χρήμαλα μὲν εἰς ναυτικῦ καλασκευὴν ϖαρέϲχε ϖολλαχῦ ϗ ϖολλάκις. ἐμπρηϑὲν ϑ τὸ Πύθιον, ἰδίοις ἀναλώμαϲιν ἄμεινον ἀνεθείματο. τί δεῖ λέγειν τὰς εἰς Λυκίους ἢ Σαμίους δωρεὰς, ἢ τ [r] δι' ὅλης ϛ Ιωνίας, ἐν οἷς [s] ἐδεήθηϲαν ἕκαϲοι, [t] δαψίλειαν; ἀλλὰ Αθηναῖοι ϗ Λακεδαιμόνιοι, Νικοπολῖταί τε ϗ τὸ κτ' Μυϲίαν Πέργαμον, ϑ τ Ηρῴδ γέμϵϲιν ἀναθημάτων; τ ϑ Αντιοχέων τ ἐν Συρίᾳ ϖλατείαν, [v] ϑ, φθινλὴν ϑϲαν ὑπὸ βορβορῦ, κατέϛρωϲέ τε ϛαδίων εἴκοϲι τὸ μῆκ@ ὖϲαν ξϵϛῇ μαρμάρῳ, ϗ ϖρὸς τὰς νετ' ἀποφυγὰς ἐκόϲμηϲεν ἰϲομήκει ϛοᾷ;

16. Ταῦτα μὲν ἄν τις εἴποι, ἴδια τ εὖ ϖαθόντων δήμων ἑκάϛῳ. τὸ δὲ Ηλείοις χαριϑὲν, ϑ μόνον κοινὸν ϛ Ελλάδ@, ἀλλ' ὅλης ϛ οἰκουμένης δῶρον, εἰς ἣν ἡ δόξα τ ἐν Ολυμπιάϲιν ἀγώνων διῆκνεῖται. τύτῳ γ' δὴ [x] καταλυομένῳ ἐμπορίᾳ χρημάτων ὁρῶν, ϗ τὸ μόνον λείψανον ϛ ἀρχαίας Ελλάδ@ ὑποῤῥέον, ϑ μόνον ἀγωνοθέτης ἧς ἐπέτυχε ϖενταετηρίδ@ εἰς Ρώμην ϖλωϑμπλέων ἐγένετο. ἀλλὰ ϗ ϖρὸς τὸ διηνεκὲς ϖόρῳ χρημάτων ὑπέδειξεν, ὡς μηδέ ϖοτε ἀγωνοθετῦϲαν τ μνήμην αὐτῦ ὀϖλιϖεῖν. ἀνήνυτον δ' ἂν εἴη χρεῶν [y] ἀϕαλύϲεις ἢ φόρων ἐπεξιέναι, καθάϖ [z] Φαϲηλίταις ϗ Βαλανεώταις, ϗ τοῖς ϖερὶ τ Κιλικίαν ϖολιχνίοις, τὰς ἐτηϲίῳ εἰϲφορὰς [a] ἐπεξεκύφιϲεν. ϖλεῖϛον γε μὴν αὐτῦ ϛ μεγαλονοίας ἔθραυϲεν ὁ φόβ@, ὡς μὴ δόξειεν ὀϖϕθον@, ἢ τὶ ϑηρᾶϛ μεῖζον, εὐεργετῶν τὰς ϖόλεις ϖλέον τ ἐχόντων.

17. Εχρήϲατο δὲ ϗ ϲώματι ϖρὸς τ ψυχὴν ἀναλόγῳ, κυνηγέτης μὲν ἄρι@ ἀεὶ γενόμεν@, ἐν ᾧ μάλιϛα [b] δι' ἐμπειρίας ἱππικῆς ἐπετύγχανε. μιᾷ γῦν ἡμέρᾳ ϖοτὲ ϖεϲαράκοντα ϑηρίων ἐκράτηϲεν. ἔϛι ϑ ϗ [c] ϲυοτρόφ@ μὴν ἡ χώρα, τὸ ϖλέον δ' ἐλάφων ϗ ὄνων ἀγρίων εὔπορ@. ϖολεμιϛὴς [d] δὲ ἀνυπόϛατ@. ϖολλοὶ γῦν καὶ ταῖς γυμνασίαις αὐτὸν κατεπλάγηϲαν, ἀκοντιϛήν τε ἰθυβολώτατον ϗ τοξότην εὐϛοχώτατον ἰδόντες. ϖρὸς δὲ τοῖς ψυχι-

Byblı autem murum, exedras vero & porticus & templa & fora Beryti ac Tyri ædificavit, nec non & apud Sidonem & Damaſcum theatra, maritimis etiam Laodicenſibus aquæductum *fecit*, atque Aſcalonitis balneas & fontes magnificos, præterea-que periſtylia tam opere quam magnitudine ſuſpicienda: nonnullis etiam lucos & loca irrigua dicavit. Multæ autem civitates, quaſi ad regnum ejus pertinerent, etiam agros ab eo acceperunt; alias vero gymnaſiorum præfecturas reditibus annuis & perpetuis dotavit, conſtituens quemadmodum Cois * ut nunquam præmia deeſſent. Porro frumentum egenis omnibus ſuppeditavit; & Rhodiis ad claſſem parandam inſtruendamque pecunias ſæpe multiſque in locis præbuit: cumque incenſum eſſet Pythium *templum*, in melius ſuis ſumptibus *illud* denuo ædificavit. Quid opus eſt ejus in Lycios & Samios liberalitatem memorare; aut largitionem per Joniam omnem, pro cujuſque neceſſitate, ab eo factam? Nonne etiam Athenienſes & Lacedæmonii, Nicopolitani & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis? Nonne Antiochenſium in Syria plateam, cum cœno oppleta ab omnibus vitaretur, per viginti ſtadia in longitudinem ſtravit polito marmore, & ad effugiendos imbres porticu ejuſdem longitudinis *eam* ornavit?

Pythium templum ab eo readificatum. Antt. l. 16. c. 5. §. 3.

12. Sed hæc propria quis dixerit illorum, quibus ea contulit, populorum. Quod autem Eleis donavit, munus *erat* non ſolum Græciæ commune, ſed & toti terrarum orbi, in quem ludorum Olympiacorum gloria pervaſit. Nam cum iſtos propter pecuniæ inopiam † fere interiiſſe videret, & quod reliquum erat veteris Græciæ in nihilum delabi, non ſolum agonotheta ipſe factus eſt eo luſtro, in quod, cum Romam navigaret, incidit; ſed etiam in perpetuum pecuniarum reditus ſuppeditavit, ut nunquam ejus memoria agonothetæ munere fungi deſineret. Infinitum autem *mihi* foret debitorum tributorumve remiſſiones percenſere, quemadmodum *ſcilicet* Phaſaëlitas & Balaneotas, aliaque circa Ciliciam municipia annuis penſionibus levavit. Cæterum animi ejus magnitudinem non paululum fregit timor, ne quam haberet invidiam, aut majus aliquid aucupari videretur; quod beneficiis amplioribus civitates affecerit, quam qui illorum eſſent domini.

Et ludi Olympiaci inſtaurati. Antt. l. 16. c. 5. §. 3.

13. Quin & ea corporis exercitatione uſus eſt, quæ maxime animæ conveniret; ‡ in venatione quidem ſemper optime ſe gerens, quod ob equitandi peritiam res ei ſucceſſerit. uno quippe die aliquando feras quadraginta ſubegit. eſt autem aprorum altrix illa regio, magis vero cervis & onagris abundat. Bellator *etiam* cui nemo erat reſiſtendo: adeo ut in gymnaſiorum exercitiis *alii* eum pertimeſcerent, cum ipſum vidiſſent maxime omnium recta jaculari, & ſagittando quam minime à ſcopo aber-

Herodis ſive-nuitas & virtus.

go *Therma* dicerentur. Vide *Vitruv.* ibid. & confer celebrium Thermarum deſcriptiones. ALDR.

l Βυβλῳ] Βύβλῳ. *Voſſ.* Ox. SPANH.

m Κρήνας ϖολυτελεῖς,] Κρήνας ϖολυτελεῖς ad verbum *fontes magnificos*. Si quis tamen *Nymphæa*, cum *Ruſino*, malit, per me licet; cum ita proprie appellentur aquæ publicæ ad amœnitatem magis quam ad uſum deductæ. HUDS. Κρήνας ϖολυτελεῖς. *Nymphæa*. Rectiſſime. Sic enim proprie appellantur aquæ publicæ ad amœnitatem magis quam ad uſum deductæ. ALDR.

n Λειμῶνας ἀνέθηκεν.] Λειμῶνας juxta verſionem *Ruſini*.

o Γυμνασιαρχίας] Ita *Big.* & *Ruf.* ſententiam ab hac voce inchoantes, qua cæteri præcedentem finiunt, & quod ſequitur ϑ poſt ἄλλας legunt. ALDR. Γυμνασιαρχίας initium periodi *Big.* & *Ruf. Thermarum exhibitio*; cui Γυμνασιάρχαι de Balneis, quæ nempe erant in Græcorum Gymnaſiis, & unde Γυμνασιάρχαι itidem Balneis præfecti leguntur in inſcriptionibus Athleticis, olim Romæ deſcriptis, & editis inde à Falconerio & in Miſcellan. a Spon. p. 360. 361. In Not. *Oxon.* Gymnaſiorum Præfecturas reditibus annuis ditavit. *Et recte.* SPANH.

p Καλαλάξας,] *Roſt.* Οἷς καλαλάξας.

q Εχορήγησε] Εδωρήσατο in pleriſque *MS.* Pro ἐχορήγησε *MS. Lipſ.* ἐδωρήσαλο. SPANH.

r Δι' ὅλης ϛ Ιωνίας,] Ita prævio *Lugd. Bat.* refinxi. inepte ante δι' ὅλην, &c. HAV.

s Εδεήθησαν ἕκαϲοι,] Ita *Big. Bod.* & *Voſſ.* ἐδεήθησαν in *cæteris*.

t Δαψίλειαν;] *Roſt.* Δαψιλείαν.

v Οὐ, φευκτὴν] Illud ἀ non agnoſcit *Bod.*

x Καλαλυομένῳ] Κωλυομένῳ *Bod. Lugd. Bat.* & *MS. Lipſ.* SPANH.

y Διαλύϲεις] *Roſt.* Λύϲεις.

z Φαϲηλίταις] Ita *Big. Bod.* & *Voſſ.* deleto quod ſtatim ſequitur ἐτηϲίῳ, Φαϲηλίταις in *cæteris*. Φαϲηλίτας *MS. Oxon.* SPANH.

a Επεξεκύφιϲεν.] *Lugd. Bat.* Επεκύφιϲε.

b Δι' ἐμπειρίας ἱππικῆς.] Ita *Big.* δι' ἐμπειρίαν in *Baſ. Gen. Aliiſque*.

c Συοτρόφ@] *Gen.* Συβρόφ@.

d Δὲ ἀνυπόϛατ@. Illud δὲ è *MSS.*

* Ne quando beneficii gratia deficeret, *Ruf.*

† *Al.* omiſſos videret.

‡ Cumque ſummus venator eſſet, in hoc tamen ipſo equitandi peritia quæ cuperet aſſequebatur, *Ruf.*

Herodes in bello fortunatus.

aberrare. Præter animi autem corporisque virtutem præcellentem, fortuna quoque usus est secunda. nam & raro *admodum* male ei res ceciderunt in bello; & si quando acie victus fuerit, non ipsius culpa, sed aut proditione quorundam, aut temeritate militum factum est.

χοῖς, καὶ τοῖς σωματικοῖς [e] προτερήμασιν, ἐχρήσατο [f] δεξιᾷ καὶ τύχῃ. καὶ γὰρ [g] σπανίως ἔπταισεν ἐν πολέμῳ, καὶ τῶν πλαισμάτων οὐκ αὐτὸς αἴτιος, ἀλλ' ἢ προδοσία τινῶν, ἢ προπέτεια στρατιωτῶν ἐγένετο.

XVII.

CAP. XXII.

Aristobuli Hyrcanique Pontificum & Reginæ Mariamnes mors.

In domo Herodis dissidium, & unde ortum. Antt. l. 16. c. 3. §. 1. c. 4. §. 1. & c. 7. §. 2.

CÆterum dum foris res ei succederent, domesticis molestiis eum persequuta est fortuna; quodque adversis casibus conflictatus fuerit, in causa erat mulier quam maxime diligebat. Nam postquam adeptus est imperium, dimissa quam privatus in uxorem duxerat, quæ genere erat Hierosolymitana, nomine Doris, Mariamnen sibi matrimonio jungit, filiam Alexandri Aristobuli filii: unde contigit domum suam seditionibus agitatam fuisse, & antea quidem, maxime vero post ejus à Roma reditum. Nam primum quidem Antipatrum, filium quem è Doride susceperat, civitate expulit, in gratiam illorum quos è Mariamne genuerat; solis festis diebus eò commeandi potestate concessa. Deinde Hyrcanum, avum conjugis, ex Parthis ad ipsum reversum, propter insidiarum suspicionem sustulit; quem captum quidem occupata Syria Barzapharnes abduxerat, gentiles vero Transeuphratenses, sortem ejus miserati, sibi dari petierant. & si monitis eorum paruisset, ne ad Herodem transiret, nequaquam *ita* periisset. Verum mortis ejus incitamentum fuit neptis matrimonium. Nam hoc fretus, multoque magis patriam desiderans, veniebat. Herodem autem commovit, non quod regnum sibi vendicaret, sed quod regnare ipsi jure deberetur.

Hyrcani mors qua de causa. Vide Antt. l. 15. c. 2. §. 1. seq. & c. 6. §. 4.

2. Quinque autem filiorum, quos ex Mariamne susceperat, duo quidem feminæ, tres vero mares erant. Atque horum natu minimus Romæ educatus moritur: duos autem grandiores, & propter matris nobilitatem, & quod sibi in imperio geniti essent, regie instituebat. Verum, quod istis fortius erat, *plurimum* ad hoc conferebat amor Mariamnes; qui indies Herodem vehementius urebat, ut eorum fere nihil sentiret quæ propter dilectam sibi dolerent: tantum autem in eum Mariamnes erat odium, quantus illius erga ipsam amor. Illa igitur ex rebus quidem ipsis probabiles habens inimicitiarum causas, ex eo vero quod amaretur loquendi libertatem, coram ei objiciebat quæ in avum suum Hyrcanum fratremque Aristobulum perpetraverat. nec enim huic, quanquam puer erat, pepercit Herodes: dato quidem ipsi, cum annorum esset septendecim, pontificatu, eo vero post honorem *acceptum* statim occiso. Quoniam populus ei sacra veste induto, cum ad aram festo die ascendisset, frequens illachrimavit; noctu sane mittitur puer in Hierichunta, atque ibi, à Gallis, quibus id negotii mandatum, in piscinam immersus, interiit.

Mariamnes in Herodem odium, & Herodis in illam amor.

Aristobulus pontifex qua de causa & quo modo peremptus. Antt. l. 15. c. 3. §. 3.

ΚΕΦ. κβ'.

Ἀριστοβούλου Ὑρκανοῦ τε ἀρχιερέων, καὶ Μαριάμμης βασιλίσσης τελευτή.

ΤΑΣ μὲν [h] ὑπαίθρους εὐπραγίας, ἡ τύχη τοῖς κατ' οἶκον ἀνιαροῖς ἐνεμέσησε, καὶ [i] κακοδαιμονᾷν ἐν γυναικὸς ἦρξαν, ᾗ μάλιστα ἐσπούδασεν. ἐπεὶ γὰρ εἰς τὴν ἀρχὴν παρῆλθεν, ἀπεπεμψάμενος ἣν ἰδιώτης ὢν ἔκτο γαμετὴν, ἣ γένος ἦν [k] ἐξ Ἱεροσολύμων, Δωρὶς ὄνομα, γαμεῖ Μαριάμμην τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοβούλου θυγατέρα, δι' ἣν [l] αὐτῷ στασιασθῆναι συνέβη τὸν οἶκον, καὶ τάχιον μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἄφιξιν. πρῶτον μὲν γὰρ [m] τὸν ἐκ τῆς Δωρίδος υἱὸν Ἀντίπατρον, ἀφ' ἧς καὶ Μαριάμμης, ἐφυγάδευσε τῆς πόλεως, μόναις ταῖς ἑορταῖς ἀφεῖς κατιέναι. ἔπειτα τὸν πάππον τῆς γυναικὸς Ὑρκανὸν, [n] ἐκ Πάρθων πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα, δι' ὑπόνοιαν ἐπιβουλῆς ἀνεῖλεν, ὃν ἠχμαλωτίσατο μὲν [o] Βαρζαφάρνης καλάδραμὼν Συρίαν, ἐξῃτήσαντο δὲ κατ' οἶκτον οἱ ὑπὲρ Εὐφράτου ὁμοεθνεῖς. καὶ εἴγε τούτοις ἐπείθη, παραινοῦσι μὴ ἀφεῖναι πρὸς Ἡρώδην, οὐκ ἂν ἀπώλετο. δέλεαρ δὲ αὐτῷ θανάτου τὸν υἱωνῆς ὁ γάμος κατέστη. τούτῳ γὰρ πεποιθὼς, καὶ θᾶττόν τι τὸν πατρίδος ἐφιέμενος, ἤκε. παρώξυνε δὲ Ἡρώδην, οὐκ αὐτὸς ἀντιποιούμενος βασιλείας, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ βασιλεύειν ἐπέβαλλεν αὐτῷ.

3. Tunc & paſtor quidam regnum affectare auſus eſt. Athrongæus vocabatur. Ei autem *regnandi* ſpem faciebant corporis vires, animaque mortem deſpiciens, ac præterea fratres quatuor ejus non diſſimiles. Horum unicuique cum armatorum cohortem ſubjunxiſſet, illis tanquam ducibus & ſatrapis ad incurſus faciendos utebatur, ipſe vero veluti rex graviora negotia obibat. Et tunc quidem ſibimet imponit diadema, poſtea vero, tempore haud exiguo regionem excurſibus una cum fratribus populans, & ipſis præibat ad Romanos itemque regios occidendos; neque Judæorum quiſquam effugiebat, qui lucri aliquid ferens in manus veniret. Immo auſus eſt aliquando Romanorum cohortem ſimul omnem circundare apud Emmauntem. illi autem frumentum & arma legioni ferebant. Et Arium quidem centurionem qui illos ducebat, & ex fortiſſimis quadraginta miſſilibus confixerunt: cæteri vero, idem patiendi diſcrimen adeuntes, poſtquam Gratus cum Sebaſtenis auxilio adveniſſet, evadebant. Cum multa ejuſmodi durante bello contra populares ſuos & alienigenas patraſſent, poſt aliquod tempus tres illorum ſubacti ſunt; ab Archelao quidem natu maximus; duo vero ætate proximi, in Grati & Ptolemæi manus inciderunt; quartus autem fide data acceptaque Archelao ſe dedidit. Et iſta quidem illis poſtea acciderunt: tunc autem bello latrocinali Judæam omnem compleverunt.

γ'. Τότε κ ποιμὴν τὶς ἀντιποιήσασθ βασιλείας ἐτόλμησεν. [r] Ἀθρογγαῖος ἐκαλεῖτο πρὸ ἐνὶ δ' αὐτῷ τ ἐλπίδα σώματος ἰσχὺς, κ ψυχὴ θανάτου καταφρονοῦσα, πρὸς δὲ τούτοις ἀδελφοὶ τέσσαρες ὅμοιοι. τούτων ἑκάστῳ λόχον ὑποζεύξας ἔνοπλον, ὥσπερ στρατηγοῖς ἐχρῆτο κ σατράπαις ἐπὶ τὰς καταδρομάς· αὐτὸς δ', καθάπερ βασιλεὺς, τ σεμνοτέρων ἥπτετο πραγμάτων. τότε μὲν οὖν ἑαυτῷ περιτίθησι διάδημα, διέμεινε δ' ὕστερον οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ τ χώραν καταδρέχων σὺν τοῖς ἀδελφοῖς, κ τὸ κλέπτειν αὐτοῖς προηγούμενον [s] μὲν ἦν Ρωμαίους τε κ τοὺς βασιλικούς, διέφευγε δ' ὅτε Ιουδαίων εἴτις εἰς χεῖρας ἔλθοι φέρων κέρδος. ἐτόλμησε δέ ποτε Ρωμαίων λόχον ἄθρουν περιχεῖν καθ' [t] Ἐμμαοῦν. σῖτα δὴ ὅτοι κ ὅπλα διεκόμιζον τῷ τάγματι. τ μὲν οὖν [v] ἑκατοντάρχην αὐτῶν Αρειον, κ τεσσαράκοντα [x] τοὺς γενναιοτάτους κατηκόντισαν. οἱ δὴ λοιποὶ κινδυνεύοντες τὸ αὐτὸ παθεῖν, Γράτῳ σὺν τοῖς Σεβαστηνοῖς ὑπεβοηθήσαντος, ἐξέφυγον. πολλὰ τοιαῦτα τοὺς ὑπηκόους, κ τοὺς ἀλλοφύλους παρ' ὅλον τ πόλεμον ἐργασάμενοι, μετὰ χρόνον οἱ μὲν τρεῖς ἐχειρώθησαν, ὑπ' Αρχελάου μὲν ὁ πρεσβύτατος, οἱ δὲ ἐξῆς δύο, Γράτῳ κ Πτολεμαίῳ πεισθέντες· ὁ δὲ τέταρτος, Αρχελάῳ προσεχώρησε κτ' δεξιάν. τοῦτο μὲν δὴ τὸ τέλος αὐτοὺς ὕστερον ἐξεδέχετο. τότε δὲ ληστρικῷ πολέμῳ τ Ιουδαίαν πᾶσαν ἐνέπλησαν.

Athrongæus eum fratribus ſubactus. Ibid.

CAP. V.

ΚΕΦ. ε'.

III. *Judæorum motus à Quintilio Varo compoſiti: ſeditioſi quaſi bis mille crucifixi.*

III. *Ἰουδαίων θορυβοῦντας καθέστειλεν Οὔαρος. στασιαστὰς μὲν διακοσίους ἀνεσταύρωσεν.*

Varus Sabino ſuccurrit. Antt. l. 17. c. 12. §. 2.

VArus autem, cum literas à Sabino & ducibus accepiſſet, cœpit toti legioni metuere & in auxilium properare. Itaque reliquis duabus legionibus aſſumptis, & quatuor equitum qui cum illis erant turmis, in Ptolemaïdem proficiſcebatur, regum & dynaſtarum auxiliariis eò convenire juſſis. Quin & à Berytiis, cum per urbem eorum iret,

Οὔαρος δὲ δεξαμένος τὰ παρὰ Σαβίνου κ τ ἡγεμόνων γράμματα, δεῖσαί τε περὶ ᾧ τάγματος ὅλου παρέσχη, κ σπεύδειν ἐπὶ τ βοήθειαν. ἀναλαβὼν δὲ [y] τὰ λοιπὰ δύο τάγματα, κ τὰς σὺν αὐτοῖς τέσσαρας ἴλας ἱππέων, ἐπὶ Πτολεμαΐδος ἦλθ, προστάξας ἐκεῖ κ τοὺς παρὰ τ βασιλέων κ δυναστῶν ἐπικούρους συνελθεῖν. [z] προσέλαβε δὲ κ παρὰ Βηρυτίων, διερχόμενος τὴν

l Τὸν Σίμωνα] Idem narrat *Joſephus* in *Antt.* 17. c. 12. §. 5'. Quare corrigendum eſt illud *Taciti* in *Hiſt.* V. 5. Poſt mortem (inquit) Herodis, non exſpectato Cæſare, Simon quidam regium nomen invaſerat. Is à Quintilio Varo obtinente Syriam punitus, &c. Quippe delenda eſt præpoſitio à. ALDR.

m Αὐτὸν,] Αὐτὸς legiſſe videtur *Ruf.*

n Ἀναφεύγοντα] *Lugd. Bat.* Ἀνὼ φεύγοντα.

o Φεύγοντος—ἀπέρραξε.] Vid. Tacit. Hiſt. lib. 5. c. 5. SPANH.

p Καὶα Βηθαράμαθον,] Betharamphtha fuit oppidum Perææ, qua Jordanes influit in mare Genneſariticum, *Belli* lib. III. Herodes tetrarcha communivit & Juliadem dixit, *Antt.* lib. 18. c. 2. §. 1. Hoc ſi intelligitur, Βηθαραμφθὰ ſcribi convenit. Sed veriſimilius legitur ἐν Αμαθοῦς ut *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 6. Erat Amatha vel Amathus (nam pro חמת utrumvis dicitur) μέγιστον μὲ ἔρυμα τ περὶ Ιορδάνην, *Belli* lib. 4. β'. *Euſebii* tempore (ut apud *Onomaſticon*) vicus Perææ interioris Pella diſtans mill. 21. ad meridiem. ALDR. Ego ſuſpicarer legendum Βηθαμαράθον, & hoc pro Βηθαβάραθον, ob affinitatem literarum β & μ in *MSS.* atque ita poſſit eſſe locus ille idem cum iſto (inquit *L. Capellus* in *Spicileg.* ad *Joannis* c. 1.) nempe Βηταβάραθος poteſt eſſe ביתא ברתא & hoc idem cum בית הרה. Videſis *Lightfooti* noſtratis *Horas Hebr.* in *Joannem* p. 1, 2, 5, 6. In *Codd. Ruſini* habemus *Betharantes*; forſan à בית הרם urbe in tribu Gad, *Joſ.* 13. 27. Eademque videtur eſſe (inquit *Relandus* in *Paleſtina S.* p. 641.) quæ בית הרן dicitur, *Num.* 32. 36. *Euſebius* & *Hieronymus* monent eam ad Jordanem ſitam, & à Syris *Betharamphtha* dictam, poſtea ab Herode *Liviada* nuncupatam. HUDS. Βηθαραμφθᾶ *Antt.* lib. 18. c. 2. §. 1. legitur in narratione hujus facti, quæ Ιουλιὰς dicta. Hic ἐν Αμαθοῦς *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 6. SPANH. Καὶ τὰ Βηθαραμαθθ. *MS.* Quum hæc confero cum lib. 17. Antiq. 12. ubi non niſi τὰ ἐν Αμαθοῦς βασίλεια cremata leguntur, non video editam ſcripturam eſſe recipiendam & hanc ſubſtituendam. Nam ſecundum hanc, & βασίλεια πλησίον Ιορδάνου, & præter illa Betharamathi βασίλεια fuiſſent cremata. REL.

q Ετέρων] Hanc vocem non agnoſcit. *Roſt.*

r Αθρογγαῖος] Αθροογγάϊος *Big. Bod. Roſt.* & *Lugd. Bat.* & *Gall.* Αθρόγγης *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 7. HUDS. Αθρογγάϊος *MS. Big. Bod.* Αθρογγᾶϊος *MS.* Αθρόγκης *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 7. in *MS. Lipſ.* ἑτολμ. ἀθρόον. Γάϊος ἐκαλεῖτο. SPANH. Ετόλμησεν ἀθρόον. Γαΐος ἐκαλεῖτο. *MS.* Præfert Montefalconius hanc ſcripturam lectioni receptæ, & notat interpretem reddidiſſe *cui nomen Athrongæus*, addens: *Hæc corruptiſſima lectio ſic ex hoc MS. reſtituitur.* Ego contra ſentio, corruptam eſſe ſcripturam codicis manuſcripti. Ne enim alia adferre neceſſe ſit, facit locus parallelus in *Joſephi* lib. Antiq. XVII. 12. ubi legitur ejuſdem hujus nomen Αθρόγγης ἀπὸ, &c. ubi ἀθρόον divelli nequit a reliqua parte vocis. REL.

s Μὲν ἦν] Priorem voculam delet. *Lugd. Bat.*

t Εμμαοῦν.] Ita cum *Joſepho* in *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 7. Αμαοῦν *Big.* & *Rhed.* HUDS. Αμμαοῦν *Lugd. Bat.* Εμμαοῦν *Roſt. Gen.* Αμμαοῦν. Αμμαοῦν. *Big.* Εμμαοῦν. ἀρχ. lib. 17. c. 12. §. 7. Conf. ἄλωσ. lib. 1. c. 16. §. 4. ubi *Gen.* Αμμαοῦς. Ita etiam mox infr. c. 5. §. 1. SPANH.

v Εκαθοντάρχην αὐτῶν Αρειον,] *Roſt.* Εκατοντάρχου αὐτὸν Αρειον.

x Τοὺς—κατηκόντισαν.] Id eſt, πρώτους τοὺς κρατίστους, ut in *Antt.* p. 781. v. 24.

y Τὰ λοιπὰ δύο τάγματα,] Τὰ λοιπὰ δύο τάγματα, τρία ἦν ἐπὶ Συρίας τὰ πάντα ἦν, *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 4.

z Προσέλαβε—ἐπιλίτας.] Conf. *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 9. SPANH.

a Μὲν

τὴν πόλιν, χιλίους καὶ πενταχοσίους ὁπλίτας. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Πτολεμαΐδα, τό, τε ἄλλο συμμαχικὸν πλῆθος αὐτῷ παρῆν, καὶ κατὰ τὸ πρὸς Ηρώδην ἔχθος Αρέτας ὁ Αραψ, οὐκ ὀλίγην ἄγων δύναμιν ἱππικήν τε καὶ πεζικήν, [a] μέρος δὲ στρατιᾶς εὐθέως ἔπεμπεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν γειτνιῶζαν [b] τῇ Πτολεμαΐδι, καὶ [c] Γάϊον ἡγεμόνα τῶν αὐτοῦ φίλων. ὃς τούς τε ὑπαντιάσαντας τρέπει, καὶ Σεπφώριν πόλιν ἑλὼν, αὐτὴν μὲν ἐμπίπρησι, τοὺς δὲ ἐνοικοῦντας ἀνδραποδίζεται. μέχρι δὲ ὅλης δυνάμεως αὐτὸς Οὔαρος εἰς Σαμάρειαν ἐλάσας, τῆς μὲν πόλεως [d] ἀπέσχετο, μηδὲν ὡς τοῖς τῶν ἄλλων θορύβοις παρακεκινηκυῖαν εὑρών· αὐλίζεται δὲ περί τινα κώμην, [e] Αρυν καλουμένην. κλῆμα δ' ἦν Πτολεμαίου, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν Αράβων διηρπάσθη, μνησικάκων καὶ τοῖς Ηρώδου φίλοις. ἔνθεν εἰς [f] Σαμφὼ πρόεισι κώμην ἑτέραν ἐρυμνὴν, ἣν ὁμοίως διήρπαζον, τάς τε προσόδους πάσας ὅσαις [g] ἐπεύγχανον. πυρὸς δὲ καὶ φόνου ἐπεπλήρωτο πάντα, καὶ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς τῶν Αράβων οὐδὲν ἀνεῖχε. καὶ φλέγει δὲ καὶ [h] Εμμαοῦς φυγόντων τῶν οἰκητόρων, Οὐάρος, διὰ ὀργὴν τοῦ πρὸς [i] Αρειον ἀποσφαγέντων, κελεύσαντος.

β'. Ενθεν εἰς Ιεροσόλυμα προελθὼν, ὀφθείς τε μόνον μὲν τῶν δυνάμεως τὰ στρατόπεδα τῶν Ιουδαίων διεσκέδασε. [k] καὶ οἱ μὲν ᾠχοντο φυγόντες ἀνὰ τὴν χώραν· δεξάμενοι δὲ αὐτὸν οἱ κατὰ τὴν πόλιν, ἀπεσκευάζοντο τὰς αἰτίας τῶν ἀποστάσεως, αὐτοὶ μὲν μηδὲν πρᾶξαι φήσαντες, διὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἀναγκαίως δεξάμενοι τὸ πλῆθος, συμπολιορκηθῆναι μᾶλλον Ρωμαίοις, ἢ συμπολεμῆσαι τοῖς ἀποστᾶσι. προϋπηντήκεσαν δὲ αὐτῷ Ιώσηπός τε ὁ [l] ἀνεψιὸς [m] Αρχελάου, καὶ σὺν Ρούφῳ [n] Γράτος, ἄγοντες ἅμα τῷ βασιλικῷ στρατῷ καὶ τοὺς Σεβαστηνούς, οἵτε ἀπὸ τῆς Ρωμαϊκῆς τάγματος τὸ σωμήθη τρόπον κεκοσμημένοι. Σαβῖνος δέ, οὐδ' εἰς ὄψιν ὑπομείνας ἐλθεῖν Οὐάρῳ, προεξῆλθε τῆς πόλεως ὅπλα θάλασσαν. Οὐάρος δὲ μοῖραν τοῦ στρατιᾶς ὅπλα τοὺς αἰτίους τῆς κινήματος ἔπεμπε περὶ τὴν χώραν καὶ πολλῶν ἀγομένων, τοὺς μὲν ἥττον θορυβώδεις φανέντας ἐφρούρει, τοὺς δ' αἰτιωτάτους ἀνεσταύρωσε περὶ διχιλίους.

γ. [o] Ηγγέλη δ' αὐτῷ περὶ τὴν Ιδουμαίαν ἔτι συμμένειν μυρίους ὁπλίτας. ὁ δὲ τοὺς μὲν Αραβας εὑρὼν οὐ συμμάχων ἦθος ἔχοντας, ἀλλ' ἰδίῳ πάθει στρατευομένους, καὶ πέρα τῆς [p] αὐτοῦ προαιρέσεως τὴν χώραν. κακῶντας [q] ἔχθει τῷ πρὸς Ηρώδην, ἀποπέμπεται. μὴ δὲ τῶν ἰδίων ταγμάτων ὅπλα τοὺς ἀφεστῶτας ἠπείγετο. κἀκεῖνοι, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, Αχιάβῳ συμβουλεύσαντι, σφᾶς αὐτοὺς παρέδοσαν. Οὐάρος δὲ τῷ πλήθει μὲν ἠφίει τὰς αἰτίας, τοὺς δὲ ἡγεμόνας ἐξεταζομένους ἔπεμψεν ὅπη Καίσαρα. Καῖσαρ δὲ

mille & quingentos accipiebat armatos. Poſtquam vero ad Ptolemaïdem cætera auxiliarium manus ei adeſſet, & Aretas Arabs ex ſuo in Herodem odio non exiguas *ſecum* adducens copias equitum peditumque, ſtatim exercitus partem in Galilæam mittebat, quæ in vicinia erat Ptolemaidis, & pro duce Cajum ex amicis ſuis *unum*. * qui & eos qui contra ipſum egreſſi ſunt in fugam vertit, & Sephori civitate capta, ipſam quidem incendit, ejus vero incolas in ſervitium abducit. Varus autem ipſe cum univerſo exercitu Samariam profectus, civitate quidem manus abſtinuit, quòd dum turbæ ab aliis excitarentur nihil eam moviſſe deprehenderit: ſed caſtra ponit ad vicum quendam, cui nomen Arus. in ditione autem erat Ptolemæi: ideoque diripiebatur ab Arabibus, qui Herodis etiam amicis infenſi erant. Inde progreditur ad Sampho vicum alterum bene munitum, quem ſimiliter diripuerunt *Arabes*, ut & omnes *prædiorum* fructus in quos inciderint. Quin & flammis & cædibus plena erant omnia, nec quidquam erat quod in prædam non ceſſit Arabibus. Immo & Emmaus, incolis in fugam conjectis, exuſta eſt, juſſu Vari, necem Arii ejuſque militum indigne ferentis.

Berytii & Aretas Arabs ſuppetias mittunt Romanis. Ibid.

Regionem populantur Romani & Arabes. *Antt.* l. 17. c. 12. §. 9.

2. Inde cum ad Hieroſolyma proceſſiſſet, & in conſpectum veniſſet cum exercitu, protinus Judæorum caſtra disjecit. & illi quidem fuga diſperſi erant per regionem: qui vero in urbe erant, cum eum recepiſſent, ſeſe de cauſis defectionis purgarunt; nihil ſe quidem ejuſmodi moviſſe dicentes, ſed propter feſtum multitudine ex neceſſitate in urbem admiſſa, in ea potius cum Romanis obſeſſos fuiſſe, quam ad bellum movendum cum illis conſpiraſſe qui ab eis deſciverant. Ante vero obviam ei venerant Joſephus Archelai ſobrinus & Ruſus Gratuſque cum regio exercitu & Sebaſtenis, atque Romani è legione *obſeſſa* more ſuo ornati armatique. Nam Sabinus, non auſus ſeſe Varo vel in conſpectum dare, jam ante ex urbe exiit & ad mare profectus eſt. Varus autem per regionem copiarum ſuarum partem ad ſeditionis auctores conquirendos mittebat; multiſque adductis, minus quidem turbulentos viſos cuſtodiæ mandabat, eorum vero qui maxime in culpa erant, ad duo millia cruci ſuffixit.

Varus Hieroſolyma venit, & in ſeditionis auctores animadvertit. Ibid.

3. Ei autem nunciatum erat adhuc circa Idumæam ſupereſſe decem armatorum millia. Ille vero, cum videret Arabas non ita ſe gerentes ut auxiliares deceret, ſed pro ſua libidine militia utentes, & contra quam ipſe vellet regionem vaſtantes ex ſuo in Herodem odio, domum *eos* dimittit: & cum ſuis legionibus adverſus eos qui defecerant ire contendebat. Atque illi, antequam manus conſererent, ſuaſu Achiabi *omnes* ſeſe dediderunt. Varus autem plebejis quidem culpæ veniam dabat, eorum vero duces ad Cæſarem miſit, ut ad interrogata reſponderent. At Cæſar aliis quidem ignovit,

Varus dimittit Arabas male ſe gerentes. *Antt.* l. 17. c. 12. §. 10.

Seditioſorum duces ad Cæſarem mittit. Ibid.

a Μέρος τῆς στρατιᾶς] Reſtitui ita ex *Lugd. Bat.* in *aliis* μέρος τι τῆς στρατιᾶς, quod hoc in loco non conveniebat. HAV.

b Τῇ Πτολεμαΐδι,] *Roſt.* Τὴν Πτολεμαΐδα.

c Γάϊον ἡγεμόνα τῶν αὐτοῦ φίλων.] Μέρος τι ταύτης [τῆς στρατιᾶς] τῷ υἱῷ παραδοὺς καὶ ἐνὶ τῶν αὐτοῦ φίλων, *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 9. v. 6. Simile aliquid à *Rufino* lectum hoc eſt loco. Illud ἑ ἐνὶ τῶν αὐτοῦ φίλων *Zonaras* omittit. Quære an legendum ſit τῷ Γαΐῳ [vel Γάϊῳ, juxta *Ruſinum*.] παραδοὺς ἑνὶ τῶν αὐτοῦ φίλων. ALDR. Τῷ υἱῷ παραδοὺς ἑ ἐνὶ τῶν αὐτοῦ φίλων. *arch.* lib. 17. c. 12. §. 9 hic f. Γαΐῳ vel Γάϊῳ περιδὺς ἑνὶ τῶν αὐτοῦ φίλων. *Not. Oxon.* SPANH.

d Απέσχετο, μηδὲν] Ita emendavi ex *Lugd. Bat.* in aliis περιέσχετο. *Coiſlin.* περιέσχε, τῷ μηδὲν. HAV.

e Αρυν] Conf. *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 9. SPANH.

f Σαμφὼ] Ita reſcripſi è *Cod. Gall.* & *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 9. favente nonnihil codice *Bod.* in quo εἰς Αμφὼ, proclivi errore, pro εἰς Σαμφὼ. antea erat Σαπφώ. HUDS. *Gen.* Σαπφὼ. Σαμφὼ *arch.* lib. 17. c. 12. §. 9. Αμφω *Bod.* pro Σαμφὼ *Ox.* SPANH.

g Επεύγχανον.] Επεύγχανον *MSS. Ox.* SPANH. Pro quo *Gen.* habebat ἐπεύγχανον. *MSS. Coiſl.* & *Lugd. Bat.* ἐπεύγχανς. HAV.

h Εμμαοῦς] Conf. ſup. c. 4. §. 3. SPANH.

i Αρειον] Supra cap. 4. §. 3. Arii meminit.

k Καὶ οἱ μὲν ᾠχοντο φυγόντες] Illa οἱ μὲν ᾠχοντο deſunt in pleriſque *MSS. Big. Bod. Roſt. Lugd. Bat.* in quibus aut φυγόντα aut φυγόντων pro φυγόντες.

l Ανεψιὸς] Ανεψιὸς Ηρώδου Βασιλέως ἀρχ. lib. 17. c. 12. §. 9. *Joſephus* erat *Herodis* ἀδελφιδοῦς, vid. *Not. Oxon.* in H. L. SPANH.

m Αρχελάου,] Ηρώδου βασιλέως in *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 9. Erat enim Joſephus Herodis ἀδελφιδοῦς, Archelai ἐξάδελφος, utrumque ſignificat ἀνέψιος. ALDR.

n Γράτος,] *Roſt.* Στρατηγὸς Γράτος.

o Ηγγέλη] Ηγείλη infr. cap. 21. §. 8. SPANH.

p Καὶ πέρα] Παρὰ *Busb.*

q Αὐτοῦ] Ita *Big.* αὐτῷ in *ceteris*. HUDS. Αὐτοῦ *Big. Oxon.* SPANH.

r Εχθει τῷ πρὸς Ηρώδην,] Illa ἔχθει τῷ πρὸς Ηρώδην hîc loci non agnoſcit *Ruf.* & ſatis commode abeſſe poſſunt. nam de Arabum odio in Herodem diſertim (ſupra cap. 5. §. 1.) dixerat, hiſce verbis, Αράβων μνησικάκων τοῖς Ηρώδου φίλοις.

* Qui mox & adverſus quos ierat, *Ruf.*

vit, de nonnullis vero regis cognatis, erant enim quidam ex Herodis consanguineis qui se eis adjunxerant, supplicium sumi jubet, quod contra regem suum arma tulerant. Et Varus quidem, rebus Hierosolymitanis hoc modo compositis, relictaque ad *urbis* præsidium priore legione, Antiochiam revertitur.

τοῖς μὲν ἄλλοις συνέγνω. τινὰς δὲ τ τῦ βασιλέως συγγενῶν, ἦσαν γὰρ σὺν αὐτοῖς ἔνιοι προσηκοντες Ηρώδῃ χῳ γένῳ, κολάσαι προσέταξεν, ὅτι ˢ καθ' οἰκείαν βασιλέως ἐστρατεύσαντο. Οὕαρῳ μὲν οὖν, τῦτον τ τρόπον καλαστησάμενῳ ᵗ τὰ σὺν Ιεροσολύμοις, καὶ φρυρὰν καταλιπὼν τὸ καὶ πρότερον τάγμα, εἰς Ανλιόχειαν ἐπάνεισιν.

IV. CAP. VI. ΚΚΦ. ς'.

Multa Archelao objiciunt Judæi, & Romanorum prætoribus subjici postulant. quibus auditis, Cæsar liberis Herodis paternas possessiones pro arbitrio suo distribuit.

Πολλὰ Αρχελάῳ ἐγκαλῦσιν Ιυδαῖοι, καὶ τοῖς Ρωμαίων στρατηγοῖς ὑποκεῖσθαι ἀξιῦσιν. ὧν ἀκυσθέντων, Καῖσαρ τοῖς Ηρώδυ τέκνοις τὰ πατρῶα ὡς βέλοιτο διανέμει.

Archelaus iterum Romæ accusatur à Judæorum legatis. Antt. l. 17. c. 13. §. 1.

ARchelao autem Romæ alia exstitit causa contra Judæos agenda, qui ante defectionem legati exierant, ejusmodi potestatem faciente Varo, ad postulandam suis legibus vivendi libertatem. Erant autem *numero* quinquaginta qui aderant; eisque se adjunxerunt supra octo millia Judæorum Romæ degentium. Itaque cum Cæsar concilium tam amicorum quam primorum Romanorum convocasset in templum Apollinis in Palatio, (quod ab ipso erat exstructum & laute admodum mirumque in modum exornatum) cum legatis quidem multi è Judæis stabant, contra vero Archelaus cum amicis *suis*: at qui hujus consanguincorum amici erant à neutra parte stabant, Archelao quidem adesse non sustinentes ex odio atque invidia, cum accusatoribus vero conspici propter Cæsarem veriti. Præterea aderat etiam Philippus frater Archelai, animo benevolo à Varo præmissus, duabus de causis, ut & Archelai partes adjuvaret, &, si forte Cæsar * Herodis facultates universæ ejus progeniei distribueret, partem aliquam obtineret.

ᵛ Αρχελάῳ δ' ὑπὲρ Ρώμης πάλιν ἄλλη συνίστατο δίκη πρὸς Ιυδαίυς, οἱ πρὸ ὀλίγου πρεσβεύσαντες, ὑπατρέπτῳ Οὕαρῳ, πρέσβεις ἐξεληλύθεισαν περὶ τ ˣ τῦ ἔθνους αὐτονομίας. ἦσαν δὲ πεντήκοντα μὲν οἱ πάροντες ʸ συμπαρίστατο δ' αὐτοῖς τ ὑπὲρ Ρώμης Ιυδαίων ὑπὲρ ὀκτακισχιλίυς. ἀθροίσαντι δ' Καίσαρι συνέδριον τ ἐν τέλει Ρωμαίων καὶ τ φίλων ἐν τῷ ᶻ κτὶ τὸ Παλάτιον Απόλλωνι ἱερῷ, κτίσμα δ' ἦν ἴδιον αὐτῦ θαυμασίῳ πολυτελείᾳ κεκοσμημένον, μετὰ μὲν τ πρεσβευτῶν τὸ Ιυδαϊκὸν πλῆθος ἕστη, σὺν δὲ τοῖς φίλοις Ἄνλιχρυς Αρχέλαος. ᵃ τ δὲ τύτῳ συγγενῶν οἱ φίλοι παρ' ἑτέροις, ᵇ συμπαρίστατο μὲν ᶜ γὰρ Αρχελάῳ διὰ μῖσος καὶ φθόνον ἐκ ὑπομένοντες, ὀφθῆναι δὲ μετὰ τ κατηγόρων ὑπὸ Καίσαρος αἰδύμενοι. ὑπὲρ τύτυς ᵈ παρῆν καὶ Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς Αρχελάυ, προπεμφθεὶς καθ' εὔνοιαν ὑπὸ Οὕαρυ, δυοῖν ἕνεκα, Αρχελάῳ τε συναγωνίσασθαι, καὶ ἵν' Ηρώδυ Καίσαρ οἶκον πᾶσι τοῖς ἐκγόνοις κλήρυ τινὸς ἀξιωθῆναι.

Legatorum accusationis summa. Antt. l. 17. c. 13. §. 2.

2. Data autem accusantibus dicendi venia, primum ea prosequuti sunt quæ contra leges fecisset Herodes, „ non se regem, dicentes, sed tyrannum „ pertulisse, omnium qui unquam tyrannidem „ exercuerant crudelissimum. Multis quippe ab eo „ occisis, talia passos esse superstites ut etiam mortuos *beatos* prædicarent. nec solum subditorum „ corporibus quæstionem *eum* adhibuisse, sed & „ civitatibus. nam suæ quidem gentis *plurimas* dilaniasse, alienigenarum vero ornasse, & externis „ populis Judææ sanguinem condonasse. Pro antiqua autem felicitate ac patriis legibus gentem „ egestate impleviſse simul & iniquitate. in summa, Judæos paucis quidem annis plures ab Herode *illatas* calamitates toleraſſe, quam in omni „ ævo perpessi sunt majores sui, postquam ex Babylone discesserint, & Xerxe regnante in *patriam* „ fuerint reversi. Attamen assuescendo dura pati & „ adversa animos adeo demissos humilesque gere„ re, ut ultro eum pro successore acciperent sub

β'. Επίρρεπὲς δὲ λέγειν τοῖς κατηγόροις τὰς Ηρώδυ ᵉ παρανομίας πρῶτον διεξήεσαν, „ ὡς βασιλέα, λέγον„ τες, ἀλλὰ τ πάντων τυραννησάντων ὠμότατον ἐννοεῖσθαι τύραννον. πλείστων γὰρ ἀνηρημένων ὑπ' αὐτῦ, „ τοιαῦτα πεπονθέναι τὰς καταλειφθείσας, ὥστε μακα„ ρίζειν τὰς ἀπολωλότας. βεβασανικέναι γὰρ ὡς μόνον „ τὰ σώματα τ ὑπολελειμμένων, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις. „ τὰς μὲν γὰρ ἰδίας λελωβῆσθαι, τὰς δὲ τ ἀλλοφύλων „ κεκοσμηκέναι, καὶ τὸ τ Ιυδαίας αἷμα κεχαρίσθαι τοῖς „ ἔξωθεν δήμοις. ἀντὶ δὲ τ παλαιᾶς εὐδαιμονίας καὶ τ „ πατρίων νόμων, τενίας τὸ ἔθνος καὶ παρανομίας ἐχά„ της πεπληρωκέναι. καθόλυ τε πλείυς ὑπομεμενηκέ„ ναι τὰς ἐξ Ηρώδυ συμφορὰς ἢ ὀλίγοις ἔτεσιν Ιυδαίυς, „ ὧν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ μετὰ τ ἐκ Βαβυλῶνος ἀνα„ χώρησιν ἔπαθον οἱ πρόγονοι, Ξέρξυ βασιλεύοντος „ ἐπανασταφέντες. εἰς τῦτο μέντοι ταπεινότητος ᶠ ἐκ „ τ δυστυχεῖν ἔθυς προελθεῖν, ὥστε ὑπομεῖναι τ πικρᾶς „ δυλείας

ˢ Κατ' οἰκείαν βασιλέως] Ita *Big. Bod. Lugd. Bat. Rost. Gall.* & *Ruf.* καθὰ τῦ βασιλέως in *cæteris*.

ᵗ Τὰ σὺν Ιεροσολύμοις,] *Rost.* Τὰ Ιεροσόλυμα.

ᵛ Αρχελάῳ——δίκη] Conf. ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 1.

ˣ Τῦ ἔθνους αὐτονομίας.] Conf. supr. c. 2. §. 3. SPANH.

ʸ Συμπαρίσταντο] Ita edidit *Hudſ.* & adstipulatur. *Lugd. Bat.* reliqui συμπαριίσαντο. HAV.

ᶻ Καθὰ——πολυτελείᾳ] Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel præcipua forum cum æde Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, ædem Tonantis Jovis in Capitolio. *Suet.* in *Aug.* c. 29. *& paulo post*, Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari à Deo haruspices pronunciarant. Addita porticus, cum bibliotheca Latina Græcaque. quo loco jam senior sæpe etiam senatum habuit, decuriasque judicum recognovit. Templum illud describit *Propertius*, l. 2. el. 23. ALDR. Apollinis Ædes in Palatio ab Augusto exstructa, item ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 1. Vide Sueton. in Aug. c. XXIX. SPANH.

ᵃ Τῶν δὲ τύτυ συγγενῶν] Ὁπόσοι δὲ συγγενεῖς ἦσαν τ βασιλέως in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 1.

ᵇ Συμπαρίσταδαι] Hic rursus *Lugd. Bat. Hudsoniana* editioni adsentitur, ut modo supra. HAV.

ᶜ Γὰρ Αρχελάῳ] Hanc particulam habet *Big.* omittunt *cæteri*.

ᵈ Παρῆν——Αρχελάυ,] Conf. ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 1. natus ex eadem Matre ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 3.

ᵉ Παρανομίας] Conf. *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 2. SPANH.

ᶠ Εκ——προελθεῖν,] Ita lego cum *Rufino*, qui vertit, *verum se tamen ad modestiam ex adversæ fortunæ consuetudine profecisse.* antea erat καὶ τ δυστυχεῖν in *Græcis* omnibus.

* Herodis regnum ejus nepotibus. *Ruf.*

„ δυλείας ϗ ἀφαδοχὴν αὐθαίρετον. Ἀρχέλαον γὰρ
„ τ̃ τηλικούτου τυράννου παῖδα, μὴ τ̃ ϗ πατρὸς τε-
„ λευτὴν, [g] βασιλέα τε προσειπεῖν ἑτοίμως, ϗ συμ-
„ πεντῆσαι τ̃ Ηρώδου θάνατον αὐτῷ, ϗ συνεύξασθαι
„ περὶ τ̃ ἀφαδοχῆς. τ̃ ὃ, ὥσπερ ἀγωνιάσαντα μὴ
„ νόθος υἱὸς δόξειεν Ηρώδου, προοιμιάσασθαι τ̃ βασι-
„ λείαν τριχιλίων πολιτ̃ν φόνῳ, ϗ τοσαῦτα μὲν
„ παρεσχάναι θύματα περὶ τ̃ δεχῆς τῷ Θεῷ, τοσού-
„ τοις δὲ ἐμπεπληκέναι νεκροῖς τὸ ἱερὸν ἐν ἑορτῇ.
„ τὸς μέντοι πφειλετφθέντας ἐκ τ̃ τοσούτων κακῶν
„ εἰκότως ἐπεσκάφθαι ἤδη πόλει πρὸς τὰς συμφο-
„ ρὰς, ϗ πολέμου νόμῳ ἐθέλειν τὰς πληγὰς λαβεῖν
„ [h] προσώπου δέκεσθαι, δεῖσθαι ὃ Ρωμαίων ἐλεῆσαί
„ τε τὰ τ̃ Ιουδαίας λείψανα, ϗ μὴ τὸ πφειλόμενον αὐ-
„ τῆς ἁπφρίψαι τοῖς ὠμῶς [i] σπαράσσουσι, συνάψαν-
„ τας δὲ τῇ Συρίᾳ τ̃ χώραν αὐτ̃ν διοικεῖν ὑπὸ
„ [k] ἰδίοις ἡγεμόσιν. ὑποδείξασθαι γὰρ ὡς οἱ νῦν στασιώ-
„ δεις ἀφαλλόμενοι ϗ πολεμικοὶ, φέρειν οἴδασι
„ μέτριως ἡγεμόνας. " Ιουδαῖοι μὲν οὖν ἐπ τ̃ κατη-
γορίας κατέληξαν εἰς τ̃ τοιαύτην ἀξίωσιν. ἀναστὰς
ὃ Νικόλαος, ἀπεδύσατο μὲν τὰς εἰς τὸς βασιλεῖς
αἰτίας, κατηγόρῳ ὃ ἔθνους τό, τε δύσαρκτον ϗ
δυσπειθὲς φύσει πρὸς τὸς βασιλέας· συνδιέβαλλε δὲ
ϗ τὸς Αρχελάου συγγενεῖς, ὅσοι πρὸς τὸς κατηγόρους
ἀφειστήκεισαν.

ε. Τότε μὲν οὖν Καῖσαρ, ἀκούσας [l] ἑκατέρων, διέ-
λυσε τὸ συνέδριον μετ̃ ὀλίγας ἡμέρας, [m] τὸ μὲν
ἥμισυ μέρος τ̃ βασιλείας Αρχελάῳ δίδωσιν, [n] ἐθνάρ-
χην προσειπών, ὑποσχόμενός τε ϗ βασιλέα ποιήσειν,
ἐὰν ἄξιον ἑαυτὸν παράσχῃ, τὸ δὲ λοιπὸν ἥμισυ διελὼν
εἰς [o] δύο τέτραρχίας, δυσὶν ἑτέροις παισὶν Ηρώδου δί-
δωσι, τ̃ μὲν Φιλίππῳ, τ̃ δὲ [p] Αντίπᾳ τῷ πρὸς Αρ-
χέλαον ἀμφισβητοῦντι περὶ τ̃ βασιλείας. ἐγένετο δὲ ὑπὸ
τούτῳ μὲν ἥ τε Περαία ϗ Γαλιλαία, προσοδος ἀφα-
κοσίων ταλάντων· Βαταναία τε ϗ [q] Τράχων, [r] Αὐρα-
νίτις τε ϗ μέρη τινὰ τ̃ [s] Ζήνωνος οἴκου τὰ περὶ Ιάμ-
νιαν, πρόσοδον ἔχοντα ταλάντων ἑκατὸν, ὑπὸ Φιλίπ-
που [v] ἐτέταχτο. τ̃ Αρχελάου δ' ἐθναρχίας Ιδουμαία τε
ϗ Ιουδαία πᾶσα, ϗ Σαμαρείτις ἦν, [x] κεκουφισμένη τε-
τάρτῳ μέρει τ̃ φόρων εἰς τιμὴν τ̃ μὴ μετ̃ τ̃ ἄλλων ἀπο-
στῆναι. πόλεις ϗ ὑπηκόους παρέλαβε, Στράτωνός τε
πύργον, ϗ Σεβαστὴν, ϗ [y] Ιόππην, ϗ [z] Ιεροσόλυμα.
[a] τὰς γὰρ Ελληνίδας, Γάζαν ϗ Γάδαρα ϗ [b] Ἵππον,
[c] ἀποτεμνόμενος τ̃ βασιλείας, προσέθηκε Συρίᾳ. πρό-

„ quo acerbam servituri essent servitutem. Archelaum quippe, tanti tyranni filium, patre mortuo regem sine mora appellasse, & una cum eo
„ mortem Herodis luxisse, simulque ut is succederet vota nuncupasse. illum vero, quasi
„ veritus esset ne germanus Herodis filius non
„ haberetur, civium trium millium cæde regno
„ prælusisse; & tot quidem victimas pro regno
„ immolasse, tot vero cadaveribus in festo so-
„ lenni templum impleviſſe. Recte igitur eos,
„ qui è tantis malis evasissent, aliquando ad calamitates suas respexisse, & belli lege cupere
„ vulneribus excipiendis ora præbere, atque ab
„ Romanis precari, ut Judææ reliquias miseri-
„ cordia dignarentur, & quod ex illis supersit
„ crudeliter eos lacerantibus non objicerent; sed
„ regionem illorum, Syriæ contributam, à præ-
„ sidibus Romanis regi sinerent. ita enim perspicuum fore *Judæos*, quos nunc seditiosos esse
„ ac belli cupidos calumniantur, nosse moderatum ferre imperium ". Et hujusmodi quidem petitione accusationem clauserunt Judæi. Cum autem *contra* surrexisset Nicolaus, quæ regibus objecerant *facile* diluit, gentem vero accusabat, quod difficulter imperio regeretur, atque ita à natura facta esset ut ægre regibus obsequium præstaret: porroque Archelai propinquos, qui ad accusatores defecerant, criminis insimulabat.

Nicolaus quæ facta essent ab Herode & Archelao excusat. Antt. l. 17. c. 13. §. 2.

3. Et tunc quidem Cæsar, auditis quæ utrinque dicerentur, dimisit concilium. Paucis autem post diebus Archelao quidem dat regni *Herodis* dimidium cum ethnarchæ nomine, ipsum etiam regem, si se dignum *eo honore* præstitisset, facturum esse pollicitus; reliquum vero dimidium, in duas tetrarchias divisum, duobus aliis Herodis filiis tribuit, unam Philippo, alteram Antipæ, qui cum Archelao de regno contendebat. Et huic quidem in ditionem cedebat Peræa, & Galilæa; *quarum* reditus ducenta talenta: & Philippo subjiciebantur Batanæa & Trachon, & Auranitis & partes quædam domus Zenonis circa Jamniam, quæ talenta centum reddebant. Archelai vero ad ethnarchiam pertinebant & Idumæa & Judæa omnis, & Samaria, quarta tributorum parte * levata, honoris ergo quod cum aliis non defecerat. Civitates etiam, quibus imperaret, accipiebat, & Stratonis turrim, & Sebasten, & Joppen, & Hierosolyma. Nam Græcas, Gazam & Gadara & Hippon, regno avulsas, Syriæ adjunxit

Quomodo Cæsar regnum Herodis ejusque facultates dividit. Antt. l. 17. c. 13. §. 4.

[g] Βασιλέα τε] *Rost.* Βασιλέα τε εἰπεῖν ἑτοίμως, ϗ συμπαθῆσαι.
[h] Προσώπου] Πρόσωπον *Bod.* & *Rost.*
[i] Σπαράσσουσι,] Ita *Big.* & *Ruf.* πράσσουσι in *cæteris.*
[k] Ιδίοις] *Rost.* Οἰκείοις.
[l] Ἑκατέρων,] Ἀμφοτέρων *Bod.* & *Rost.*
[m] Τὸ—βασιλείας] Τὸ μὲν ἥμισυ τ̃ βασ. *MS. Lipſ.* SPANH. *Tacit. Hiſt. V.* 9. Gentem coërcitam liberi Herodis tripartito rexere. *Strabo.* lib. 16. p. 765. A. Τῶν δὲ υἱῶν τὸς μὲν αὐτὸς ἀντεῖλεν ὡς ἐπιβουλήσαντας αὐτῷ, τὰς δὲ τελευτῶν Αὐγούστος ἀπέλαχε μοιρίδας αὐτοῖς ἀπάσας. Καῖσαρ δὲ ϗ τὸς υἱὸς ἐτίμησε τῆς Ηρώδου, ϗ τὴν ἀδελφὴν Σαλώμην ϗ τὴν τούτης θυγατέρα Βερενίκην. ALDR.
[n] Ἐθνάρχην] Ἀρχέλαον Ἐθνάρχης. ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. ipsum malè Ἐθνάρχην dici à *Josepho*, qui Rex fuerit ab *Augusto* declaratus, contendit *Harduin. de numm. Herod.* p. 24. SPANH.
[o] Δύο τετραρχίας,] Antipæ & Philippi Tetrarchiæ ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. SPANH.
[p] Αντίπᾳ] Antipas idem, qui Herodes ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. & infr. c. 9. §. 1. Ηρώδης ὁ κληθεὶς Αντίπας. Hinc *Herodes* passim infra dictus, non *Antipas* & ἀρχ. lib. 18. c. 2. §. 1. & c. 6. §. 1. ut c. 8. §. 1. SPANH.
[q] Τράχων,] Τραχωνῖτις in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4.
[r] Αὐρανίτις] *Lugd. Bat.* Αυρανίτης.
[s] Ζήνωνος οἴκου] In *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. Ζηνοδώρου οἴκου, *Zenodori domus*, quæ antea dicta erat *Lyſaniæ domus*, ut constat ex *Antt.* lib. 15. c. 10. §. 1. Cumque subjicit *Josephus* ϗ τὰ περὶ Ιάμνιαν, nota præter duas Jamnias *Plinii*, etiam tertiam fuisse ἐν τῇ ἄνω Γαλιλαίᾳ cujus meminit *Josephus* in *Vita sua*, §. 37. quamque hic intelligit. ALDR. Ζηνοδώρου ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. & ἀλλοι. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.
[t] Τὰ περὶ Ιάμνιαν,] Est qui malit ϗ τὰ περὶ Ιάμνειαν.
[v] Ετέταχτο.] Ετέτακτο *Big.* SPANH.
[x] Κεκουφισμένη] Idem valet hoc loco κεκουφισμένη quod κεκυφισμένας, ut notavit Cl. *Aldrichius*, conferendo *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4.
[y] Ιόππην,] Ita in omnibus *MSS.* & *Ruf.* cum *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. Ιππον in *Impressis.* ALDR. Ιππον *Gen.* Ιόππην ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. & *MS.* SPANH.
[z] Ιεροσόλυμα.] Nisi me fallit conjectura, legendum Αυθηδόνα. Quippe cur *Josephus* hoc loco septem hasce civitates, nec plures, nec alias nominet, nulla potior occurrit ratio, quam quod easdem olim Augustus Herodis regno adjecisset; at nunc volebat quatuor Archelai Ethnarchiæ, tres reliquas provinciæ Syriæ contribui. Vide *Belli*, l. 1. c. 20. §. 4. Has tres *Josephus* Ελληνίδας πόλεις vocat; h. e. in quibus Ελληνες numero & auctoritate præpollebant Judæis, quæque institutis utebantur Ελληνικοῖς. Notum vero omnes incircumcisos cujuscunque demum gentis à Judæis Ελληνας appellari. ALDR. Pro τέλραπολιν in *Not. Ox.* Αυθηδόνα. Verum Ιεροσόλυμα & in ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. SPANH.
[a] Τὰς γὰρ Ελληνίδας,] *Lugd. Bat.* Male τ̃ γὰρ Ελληνίδων.
[b] Ἵππον,] Ita *Big. Voſſ.* lib. 17. c. 13. §. 4. *Ruf.* & *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. Ιόππην in *cæteris.* ut & in *Rost.* ALDR. Vid. ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. Male vero Ιόππην. Ἵππον pro Ιόππην. *Big. Voſſ. Ruf.* SPANH.
[c] Ἀποτεμνόμενος] Ἀποτεμνόμενον *Lugd. Bat.*

* *Aldrichius* malit *levatas*, & mox *defecerant.*

junxit *Cæſar*. Archelao autem ex regione ſibi data *quotannis* redibant quadringenta talenta. At Salome, præter illa quæ rex teſtamento ſuo ei legaverat, & Jamniæ & Azoti & Phaſaëlidis domina facta eſt: eidemque regias etiam in Aſcalone largitur Cæſar. ex quibus omnibus *annui* ſexaginta talentorum reditus colligebantur. domum vero ejus Archelai ethnarchiæ ſubdidit. Quin & cæteris ex Herodis progenie reddita erant legata, prout teſtamento relicta erant. Duabus autem filiabus ejus virginibus dat Cæſar, extra ea quæ pater legaverat, quingenta millia argenti *ſignati*: eaſque nuptum collocavit Pheroræ filiis. Immo, diviſo *regis* patrimonio, eis diſtribuit mille talenta ipſi ab Herode dono relicta; parvi pretii nonnullis ex regia ſupellectile ſibimet reſervatis, in honorem defuncti.

Cæſaris erga Salomen liberalitas. *Antt.* l. 17. c. 13. §. 5.

Herodis duæ filiæ virgines Pheroræ filiis elocatæ. *Antt.* l. 17. c. 13. §. 5.

σοδ ᾗ ἦν ὁ Αρχελάῳ δοθείσης χώρας, [d] τετρακοσίων ταλάντων Σαλώμῃ δὲ, πρὸς οἷς ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς διαθήκαις καλέλιπεν, [e] Ιαμνίας τε καὶ Αζώτου καὶ Φασαηλίδος ἀποδείκνυ δεσπότις· χαρίζε ᾗ αὐτῇ Καῖσαρ καὶ τὰ ἐν Ασκάλωνι βασίλεια. συνηγέλο ᾗ ἐκ τάλαντα ἑξήκοντα προσόδου τάλαντα. τὸ δὲ οἶκον αὐτῆς ὑπὸ τὴν Αρχελάου [f] ἐθναρχίαν ἔταξε. τὰ δὲ ἄλλης Ηρώδου γενεᾶς ἕκασ τὸ καλαλειφθὲν ἐν ταῖς διαθήκαις ἐνομίζε. [g] δυσὶ δὲ αὐτοῦ θυγατράσι παρθένοις Καῖσαρ ἔξωθεν χαρίζε [h] πεντήκοντα μυριάδας ἀργυρίου, καὶ συνῴκισεν αὐτὰς τοῖς Φερώρα παισί. μέρ δὲ τὸ οἶκον, ὃν ἀπεδιένειμεν αὐτοῖς τὸ αὐτῷ καλαλειφθεῖσαν ὑφ' Ηρώδου δωρεάν, ὄσαν [k] χιλίων ταλάντων, εὐτελῆ τινα τὰ κειμηλίων εἰς τὸ τοῦ καλοικαμένου [l] τιμὴν ἐξελόμενο.

---

v. **CAP. VII.** **ΚΕΦ. ζ'.**

Hiſtoria de Pſeudalexandro. Relegatur Archelaus, moritur Glaphyra; uterque per quietem præmonitus.

Ιστορία περὶ Ψευδαλεξάνδρου. Φυγαδεύε Αρχέλαο, καὶ τελευτᾷ Γλαφύρα· ὀνείρῳ ᾧ μέλλοντ ἀμφοτέροις δηλωθέντ.

Pſeudalexander unde. *Antt.* l. 17. c. 14. §. 1.

INterea juvenis quidam, genere Judæus, Sidone educatus apud quendam Romani civis libertum, formæ ſimilitudine ſemet Alexandrum eſſe mentitus ab Herode occiſum, Romam veniebat, fore ſperans ut non detegeretur. Ipſi autem adjutor erat homo ejuſdem tribûs, ſciens omnium quæ ad regnum pertinerent, à quo inſtructus aſſeverabat, quod ii qui miſſi erant ad ſe & Ariſtobulum occidendum miſericordia commoti ipſos ſurripuerint, ſimilibus ſubditis corporibus. Itaque cum iſtis decepiſſet Judæos in Creta degentes, & ſplendidum nactus eſſet commeatum, in Melum navigavit: ubi cum multo plus in *viaticum* collegiſſet, quod res admodum credibilis videretur, hoſpitibus etiam ſuis perſuaſit ut Romam ſecum navigarent. Cum autem appulſus eſſet Dicæarchiam, & dona quam plurima ab iſtius loci Judæis accipit, & tanquam rex à paternis amicis deducebatur. Tantum enim fidei conciliaverat formæ ſimilitudo, ut qui Alexandrum viderant planeque noverant, hunc eum eſſe jurarent. Porro Judæi Romæ degentes omnes ad eum viſendum ſe effuderunt, & ingens hominum multitudo vias, per quas ferebatur, obſidebat. nam eo quidem dementiæ proceſſerunt Melii, ut illum & ſella portarent, ſuiſque ſumptibus cultum & apparatum regium *ei* ſuppeditarent.

Judæis imponit. Ibid.

[m] ΚΑΝ τούτῳ νεανίας τις Ιουδαῖος μὲν τὸ γένος, τραφεὶς δ' ἐν Σιδῶνι πρός τινι τῶν Ρωμαϊκῶν ἀπελευθέρων, δι' ὁμοιότητα μορφῆς πλασάμενος ἑαυτὸν Αλέξανδρον τὸν ἀναιρεθέντα ὑπ' Ηρώδου, καὶ ἐλπίδα ἔχων λήσειν, [n] ἦκεν εἰς Ρώμην. συνεργὸς δ' ἦν τις ὁμόφυλος αὐτῷ [o] πάντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν ἐπιστάμενος, ὑφ' οὗ διδαχθεὶς ἔλεγεν, ὡς οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ἀναίρεσιν αὐτοῦ τε καὶ Αριστοβούλου, δι' οἶκτον ἐκλέψειαν αὐτοὺς ὁμοίων ὑποβολῇ σωμάτων. τούτοις γοῦν [p] τοὺς ἐν Κρήτῃ Ιουδαίους ἐξαπατήσας, καὶ λαμπρῶς ἐφοδιασθείς, διέπλευσεν εἰς Μῆλον. ἔνθα συναγείρας πολλῷ πλέον δι' ὑποβολὴν ἀξιοπιστίας, ἀνέπεισε καὶ τοὺς ἰδιοξένους εἰς Ρώμην αὐτῷ συνεκπλεῦσαι. καταχθεὶς δὲ εἰς Δικαιαρχίαν, δῶρά τε πολλὰ ἐδέξατο ὑπὸ τῶν ἐκεῖ Ιουδαίων λαμπρά, καὶ καθάπερ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν πατρώων προεπέμφθη φίλων. προελθὼν δ' εἰς τοσοῦτον πίστεως τὸ τῆς μορφῆς ὅμοιον, ὥστε τοὺς ἑωρακότας Αλέξανδρον, καὶ σαφῶς ἐπισταμένους, διόμνυσθαι τοῦτον εἶναι. τὸ γεμὴν Ιουδαϊκὸν ἐν Ρώμῃ πᾶν ἐξεχύθη πρὸς τὴν θέαν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος ἄπειρον ἦν περὶ τοὺς στενωπούς, δι' ὧν κομίζοιτο. καὶ γὰρ δὴ προῆλθον εἰς τοσοῦτον φρενοβλαβείας [q] οἱ Μήλιοι, ὥστε φορεῖόν τε αὐτὸν κομίζειν, καὶ θεραπείαν βασιλικὴν ἰδίοις ἐπιτάττειν ἀναλώμασι.

Fraudem ſuſpicatur Cæſar, eumque accerſit. *Antt.* l. 17. c. 14. §. 2.

β'. Καῖσαρ δὲ γινώσκων ἀκριβῶς τοὺς Αλεξάνδρου χαρακτῆρας, καὶ ληγόρητο γὰρ ὑφ' Ηρώδου πρὸς αὐτοῦ, συνεώρα μὲν καὶ πρὶν ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον τὸ τῆς ὁμοιότητος ἀπάτιον, ἐδέδε τι καὶ πίστεως ταῖς ἀληθε-

τέ-

---

d Τετρακοσίων ταλάντων.] Εξακοσίων in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. ut & apud *Zonaram*. quæ quidem lectio eſt minus probabilis, quando regni tantum ſemiſſis Archelao ceſſit. ALDR. Pro τετρακοσίων ταλάντων ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 4. τάλαντα ἑξακόσια. & hæc lectio præfertur in *Not. Ox.* quod dimidiam tantum regni Herodis partem haberet Archelaus. SPANH.

e Ιαμνίας τε καὶ Αζώτου] Merito dubitatur utrum hæc ſit genuina lectio, nam & has tres urbes ſorori legavit Herodes, *Antt.* lib. 17. c. 8. §. 1. Emendatius certe loquitur *Joſephus* in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 4. Σαλώμη δὲ πρὸς οἷς ὁ ἀδελφὸς αὐτῇ διαθήκαις ἀπένειμεν, Ιάμνια δ' ἦν ταῦτα καὶ Αζωτος καὶ Φασάηλις καὶ ἀργυρίου ἐπισήμου μυριάδες πεντήκοντα. Καίσαρ χαρίζεται καὶ τὴν ἐν Ασκάλωνι βασιλέων οἴκησιν. ALDR.

f Εθναρχίαν ἔταξε.] Ita reſcripſi auctoritate *Ruſini*. antea perperam τοπαρχίαν. nam Ethnarchia Archelai plures Toparchias complectebatur.

g Δυσὶ δὲ αὐτοῦ] Conf. *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 5. SPANH.

h Πεντήκοντα—ἀργυρίου,] Id eſt, μυριάδας ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι, prout in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 5.

i Συνῴκισεν—παισί.] Conf. *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 5. SPANH.

k Χιλίων ταλάντων,] Πεντακοσίων καὶ χιλίων in *Antt.* lib. 17. c. 13. §. 5. connumerato quod & Liviæ donarat Herodes, *Antt.* lib. 17. c. 8. §. 1. ALDR. Αρχ. lib. 17. c. 13. §. 5. Πεντακοσίων ταλάντων καὶ χιλίων, nempe additis 500 Talentis Liviæ datis, de quibus ἀρχ. lib. 17. c. 8. §. 1. ubi *Joſephum* ſe non prodere accurationis omnis ſcriptorem, quod *Julia* nomen ibi pro *Livia* habeat, contendit *Harduinus de Num. Herod.* p. 32. ſed fruſtra. Quamvis enim ita demum *Julia* poſt obitum Auguſti ſit dicta, idem nomen potuit ibi à *Joſepho* deſignari. vid. *Not.* Ox. SPANH.

l Τιμὴν ἐξελόμενο.] Si quis μνήμην malit, per me licet.

m Κατ—ἀπελευθέρων,] Vid. *Antt.* lib. 17. c. 14. §. 1. SPANH.

n Ηκεν] *Roſt.* Ηλθεν.

o Πάντα—ἐπισταμένο, Εμπειρ δὲ περὶ τὰ βασίλεια ἐν *Antt.* lib. 17. c. 15. §. 1.

p Τοὺς—ἐξαπατήσας,] Judæi in Creta ἀρχ. lib. 17. c. 13. §. 1. SPANH.

q Οἱ Μήλιοι,] *Gen. Tanta enim dementia mentis caperat*, ſcribe *Melios*. SPANH.

τέρας ἐλπίσι, Κέλαδόν τινα πέμπει τῶν σαφῶς ὑπισταμένων Αλέξανδρον, κελεύσας ἀγαγεῖν αὐτῷ τὸν νεανίσκον. ὁ δὲ, ὡς εἶδεν, ἐτεκμήραλο μὲν τάχιστα καὶ τὰς διαφορὰς τοῦ προσώπου· τὸ δὲ ἄλλον σῶμα σκληρότερόν τε καὶ δουλοφανὲς καταμαθὼν, σύνοισε πᾶν τὸ σύνταγμα. πάνυ δὲ αὐτὸν παρώξυνεν ἡ τόλμα τοῦ ὑπ' αὐτῆς λεγομένων. τοῖς μὲν πιστευομένοις περὶ Αριστοβούλου, σώζεσθαι μὲν κατεῖνον ἔλεγεν, ὑπολελεῖφθαι δ' ὑπίτηδες [r] ἐν Κύπρῳ τὰς ὑπουλὰς φυλασσόμενον· ἦτον μὲν γὰρ ὑπιχειρεῖν διεζευγμένους. ὑπολαβόμενον δὲ αὐτὸν κατ' ἰδίαν, μισθὸν ἔφη τοῦτ' ἔχειν Καίσαρα τὸ ζῆν, τῷ μηνύσαι τὰ ἀναπείσαντά σε [s] πλάσασθαι τηλικαῦτα. [t] κατεῖνον, αὐτῷ δηλώσειν εἰπὼν, ἔπεσθαι πρὸς Καίσαρα, καὶ τὰ Ιουδαῖον ἐνδείκνυσθαι, καταχρησάμενον αὐτοῦ [v] τῇ ὁμοιότητι πρὸς ἐργασίαν. τοσαῦτα γὰρ εἰληφέναι δῶρα καθ' ἑκάστην πόλιν, ὅσα ζῶν Αλέξανδρος· οὐκ ἔλαθε γελάσας δὲ Καῖσαρ ὑπὲρ τούτοις, τὸν μὲν Ψευδαλέξανδρον δι' εὐηθείαν σώματος ἐγκαλέταξε τοῖς ἑρέταις, τὸν ἀναπείσαντα δὲ ἐνέλυσεν ἀναιρεθῆναι. Μηλίοις δὲ ἤρκεσεν ὑπιτίμιον τῆς ἀνοίας τὰ ἀναλώματα.

γ'. [x] Παραλαβὼν δὲ τὴν ἐθναρχίαν Αρχέλαος, καὶ [y] τῆς μνήμης τῶν πάλαι [z] διαφορῶν, οὐ μόνον Ιουδαίοις, ἀλλὰ καὶ Σαμαρεῦσι χρησάμενος ὠμῶς, [a] προσβευσαμένων ἑκαλέρων [b] κατ' αὐτοῦ πρὸς Καίσαρα, ἔτει τῆς ἀρχῆς [c] ἐννάτῳ [d] φυγαδεύει μὲν εἰς Βίενναν πόλιν τῆς Γαλλίας αὐτὸς, ἡ οὐσία δ' αὐτοῦ τοῖς Καίσαρος θησαυροῖς ἐγκαλατάσσεται. πρὶν κληθῆναι δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὄναρ ἰδεῖν φασι τοιόνδε. ἔδοξεν ὁρᾶν στάχυς [e] ἐννέα, πλήρεις καὶ μεγάλους, ὑπὸ βοῶν καλαβιβρωσκομένους. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς μάντεις καὶ τοὺς [f] Χαλδαίων τινὰς, ἐπυνθάνελο τί σημαίνειν δοκοῖεν. ἄλλων δὲ ἄλλως ἐξηγουμένων, Σίμων τις Εσσαῖος τὸ γένος ἔφη. „ [g] τοὺς μὲν στάχυς, ἑαυτοὺς „ νομίζειν, τοὺς δὲ βοῦς, μεταβολὰς πραγμάτων, διὰ „ τὸ τὴν χώραν ἀροτριῶντας ἀλλάσσειν. ὥστε [h] βασι„ λεύσειν μὲν αὐτὸν τοσούτων ἐτῶν τῶν στάχυών ἀριθμὸν, ἐν ποικίλαις „ δὲ πραγμάτων μεταβολαῖς γενόμενον τελευτήσειν. " ταῦτα ἀκούσας Αρχέλαος, μετ' οὐ πολὺ ἡμέρας, ὅτε ἤδη δίκαιον μεταλλήθη.

dei tribuere volens lætiori de eo conceptæ ſpei, Celadum quendam, unum ex iis qui Alexandrum probe noſceret, mitti jubet, ut Alexandrum ſibi *in conſpectum* adduceret. Atque ille, eo viſo, ſtatim quidem conjectura deprehendit perſonæ diverſitatem: at cum totum corpus animadvertiſſet, & duritiam ejus habitumque ſervilem, commentum omne intellexit. Valde autem eum commoverunt, quæ tanta cum fiducia dicere auſus eſt. nam cum de Ariſtobulo interrogaretur, ſalvum quidem illum eſſe reſpondebat, Cypri vero de induſtria relictum eſſe, ut ſibi ab inſidiis caveret. difficilius enim disjunctos poſſe apprehendi. Cum autem eum paululum ſeduxiſſet Cæſar, ei dixit, vitam in præmium fore, ſi illius indicium fecerit, qui ei perſuaſerit ejuſmodi res comminiſci. Atque ille ſe indicaturum eſſe pollicitus eſt, & Cæſarem ſequutus ad eum accedit, atque Judæum * *ei* oſtendit, qui formæ ſuæ ſimilitudine ad quæſtum abuſus eſt. tanta enim dona à civitatibus eum ſingulis accepiſſe, quanta vivus Alexander non conſequutus fuiſſet. Cum autem ad iſta riſiſſet Cæſar, Pſeudalexandrum quidem propter habitudinem corporis remigum ordini inſeruit, fraudis vero auctorem interfici juſſit. Cæterum Melii, ſumptibus quos fecerant, ſtultitiæ pœnarum ſatis dediſſe viſi ſunt.

Qui vir ſit fatetur Pſeudalexander. Antt. l. 17. c. 14. §. 1.

Ad remiges relegatur. Ibid.

3. Cum autem Archelaus ethnarchia ſuſcepta, ſuperioris diſcordiæ memor, non ſolum Judæos ſed etiam Samarienſes, crudeliter tractaret, ab utriuſque populi legatis accuſatus apud Cæſarem, anno regni nono in exſilium pellitur Viennam, quæ Galliæ urbs eſt, & ejus patrimonium fiſco Cæſaris adjudicatur. Verum prius quam à Cæſare accerſeretur, hujuſcemodi ſomnium dicitur vidiſſe. Sibi viſus eſt *in ſomnis* ob oculos habere novem ſpicas, plenas & magnas, quas boves depaſcebant. Cumque conjectores acciviſſet & Chaldæorum nonnullos, eos interrogabat, quidnam *illis* ſignificari putarent. Aliis autem aliter *viſum* interpretantibus, Simon quidam, genere Eſſenus, dicebat: „ ſpicæ quidem mihi videntur *eſſe* anni; boves vero „ rerum mutationes *indicare*, eo quod dum ararent terram *verterent* & mutarent. adeoque totidem annos regnaturum, quot numero eſſent „ ſpicæ, tandem vero poſt varias rerum viciſſitudines moriturum eſſe. " Iſtis auditis, poſt quinque dies Archelaus ad cauſam dicendam accitus eſt.

VI. *Archelaus accuſatur & in exſilium mittitur. Antt.* l. 17. c. 7. §. 3.

Ejus ſomnium. Antt. l. 17. c. 15. §. 3.

4. Di-

r Εν Κύπρῳ] Εν κρυπτῷ *Bod.* atque ita *Rhed.* ejus autem in margine ἐν Κύπρῳ. HUDS. ἐν κρυπτῷ quoque habent *Lugd. Bat. Coiſlin.* & *Roſt.* verum alteram lectionem prævalere docent rationes quæ in *Antt.* proferuntur. HAV. Εν κρυπτῷ *Bod.* & *MSS. Lipſ.* SPANH.

s Πλάσασθαι τηλικαῦτα.] Eſt qui malit πλάσασθαι.

t Κατεῖνον, —εἰπὼν,] Κατεῖνον ταῦτα πρὸς αὐτὸν δηλ. *Bod.* & *Roſt.*

v Τῇ ὁμοιότητι] *Roſt.* Τὴν ὁμοιότητα.

x Παραλαβὼν—Αρχέλαος,] De hoc Archelao explicatur ignotus Nummus, quem olim vulgavi Diſſ. de Num. p. 447. ubi hinc ΗΡΩΔΟΥ, illinc ΕΘΝΑΡ. ſed de hac re alibi. SPANH.

y Καὶ τὰ μνήμην] *Lugd. Bat.* Επὶ μνήμῃ.

z Διαφορῶν,] *Lugd. Bat.* Διαφόρων.

a Προσβευσαμένων ἑκαλέρων] In hunc modum diſtingui poteſt ſententia, προσβευσαμένων ἑκαλέρων κατ' αὐτοῦ πρὸς Καίσαρα ἔτει τῆς ἀρχῆς ἐννάτῳ, φυγαδεύεται μὲν εἰς Β. ut delatum ſtatuamus Archelaum anno *nono*, relegatum *decimo*. quo modo ſibimet conciliari poteſt *Joſephus*, qui in *Antt.* lib. 17. c. 14. §. 4. decimo relegatum fuiſſe ſcribit. ALDR. Sed quidni relegatum intelligamus Archelaum, *nono* quidem anno regni ſui exacto & completo, *decimo* vero inchoato. *Caſaub.* c. *Baronium* p. 218. *Edit. Lond.* Addeſis *Simſonum* in *Chronic. Cathol.* parte VII. ad *Annum Chriſti* X.

b Κατ' αὐτοῦ] *Lugd. Bat.* Περὶ αὐτοῦ.

c Ενάτῳ] Αρχ. lib. 17. c. 15. §. 2. Δεκάτῳ ὄντι, &c. Non decimo, ſed ſexto Archelai anno id vult contigiſſe *Harduin. de Num. Herod.* p. 23. SPANH.

d Φυγαδεύεται] Meminit *Strabo* XVI. p. 765. Quin & *Dio.* LV. p. 567. in hæc verba. ὅ, τε Ηρώδης Παλαιστῖνος αἰτίαν τοῦ λαοῦ τοῦ ἀδελφῶν λαῶν, περὶ τὰς Αλπεις ὑπερωρίσθη, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδημοσιώθη. Quem Herodem Palæſtinum vocat non alius eſt quam hic ipſe Archelaus; in exſilium proinde miſſus M. Æmilio Lepido, L. Arruntio Nepote Coſſ. h. e. A. U. C. 759. circa finem. Neque vero *Dionem* in Archelai nomine lapſum exiſtimo; quin potius Archelaum (ſicut Antipam quoque & Philippum) Herodis nomine gaviſum; atque hujus denique eſſe nummum, de quo ambigit *Ez. Spanhemius* in libro *de Præſtantia & Uſu Numiſmatum*, p. 447. *Edit. Amſt.* 1671. [& quem in *Edit. Lond.* p. 521.] Herodi primo ſeu Magno adſcribit, cujus una facies ΗΡΩΔΟΥ altera ΕΘΝΑΡΧΟΥ inſcribitur. ALDR. Vide Num. Tabulas.

e Εννέα,] Subducta temporum ratione ab Herodis morte, relegatum intelligimus Archelaum anno principatus ſui decimo, ſed vixdum inchoato. Is enim cœpit exeunte Novembri; Archelaus vero relegatus eſt ante Kalendas ſequentis Januarii. Quibus rite perpenſis, tum facile conſtabit Archelaum anno regni non decimo, ſed exeunte nono accuſatum, tum eodem fere tempore hoc illi ſomnium contigiſſe; in quo (quod hiſce congruum eſt ſentire) non decem ſpicas viderit, ſaltem non decem plenas integraſque, ſed novem tantum. Quorſum vero *Joſephus* in *Originibus* pro *novem* & *nono* ſubſtituerit *decem* & *decimo*, & utra ſit verior lectio, cuivis alteri inquirendum libentiſſime relinquo. ALDR. Videſis *Langium* in lib. II. *de Annis Chriſti*, p. 348. Pro ἐννέα, etiam δέκα ἀρχ. lib. 17. c. 15. §. 3. SPANH.

f Χαλδαίων τινὰς,] Chaldæi ita artis divinandi & ſomnia interpretandi periti erant, ut quod nomen gentis fuerit, factum ſit nomen profeſſionis.

g Τοὺς—πραγμάτων,] Αρχ. lib. 2. c. 5. §. 6. ut & lib. 17. c. 15. §. 3. ubi boves in ſomnio miſeriam ſignificant. SPANH.

h Βασιλεύσειν] Ita *Big.* & *Ruf.* βασιλεύειν in *cæteris.* Βασιλεύσειν *Big. Ox.* SPANH.

* *Al.* accuſat.

i Γυνὴ

Glaphyræ somnium. Antt. l. 17. c. 15. §. 4.

4. Dignum etiam est quod memoretur Glaphyræ somnium, quæ filia erat Archelai Cappadocum regis, primumque uxor Alexandri (qui frater quidem erat Archelai, de quo loquimur, filius vero regis Herodis, à quo interfectus est, ut jam ante memoravimus) ejus post decessum nupta Jubæ regi Libyæ; quo defuncto, cum ipsam reversam, & apud patrem in viduitate degentem, conspexisset Archelaus ethnarcha, adeo amore accensus est, ut statim, repudiata conjuge sua Mariamne, eam duceret. Hæc igitur, cum in Judæam rediisset, brevi post tempore quam eò veniret, cernere visa est Alexandrum adstantem sibi *ista* dicere. „ Satis fuisset tibi Libycum matrimonium, sed „ tu, illo non contenta, rursum ad meos pe„ nates reverteris, tertio marito, ipsoque fra„ tre meo, ô audacissima, tibi adscito. Ve„ rum non insuper habebo contumeliam, sed „ te, licet invitam, ad me recipiam. " Postquam hoc somnium narrasset, vix ultra biduum vixit.

δ'. Αξιον δὲ μνήμης ἡγησάμην ϗ τὸ τ γυναικὸς αὐτῆ Γλαφύρας ὄναρ, ἣν ἡ μὲν θυγάτηρ Αρχελάυ ᾧ Καππαδοκῶν βασιλέως, [i] γυνὴ δ' Αλεξάνδρυ γεγονυῖα τὸ πρῶτον, ὃς ἦν ἀδελφὸς [k] μὲν Αρχελάυ, ὃν [l] διεξήειμεν, υἱὸς δ' Ηρώδυ ᾧ βασιλέως, ὑφ' οὗ ϗ ἀνῃρέθη, καθάπ [m] προδεδηλώκαμεν, μ ᾧ δὲ τ ἐκείνυ θάνατον, συνῴκησεν Ιόβᾳ [n] τῷ βασιλεύονλι Λιβύης, ᾧ τελευτήσαν ἐπενεχθεῖσαν αὐτὴν ϗ χηρεύσαν πρὸς τῷ πατρὶ θεασάμν ὁ ἐθνάρχης Αρχέλα, ὅπ τοσοῦτον ἔρωλ ἦλθεν, ὥστε πρὸς χρῆμα, τ συνοικοῦσαν αὐτῷ [o] Μαριάμμην ἀποπεμψάμν, ἐκείνην ἀγάγεσθ. πρὸς γενομένη τοίνυν εἰς Ιυδαίαν, μετ' ὀλίγον τ ἀφίξεως χρόνον, ἔδοξεν ὅπι ἅπλα τ Αλέξανδρον αὐτῇ λέγειν. „ ἀπέχρη μὲν ὁ χ Λιβύην σοι γάμ, σὺ δὲ οὐκ „ ἐχρεωθεῖσα τούτῳ, πάλιν ὅπι τ ἐμὴν ἑστίαν ἀνα„ κάμψεις, τρίτον ἄνδρα, ϗ ταῦτα τ ἀδελφὸν, ὦ „ τολμηρὰ, τ ἐμὸν ἠρημένη. πλὴν ὑ περιόψομαι μ „ ὕβριν, ἀπλήψομαι δέ σε ϗ μὴ θέλυσαν. " τοῦτο διηγησαμένη τὸ ὄναρ, δύο μόγις ἡμέρας ἐβίω.

VII.

CAP. VIII.

ΚΕΦ. η'.

Archelai ethnarchia in provinciam redacta. Seditio Judæ Galilæi. Judæorum tres secta.

Τῆς Αρχελάυ ἐθναρχίας εἰς ἐπαρχίαν πεγραφή. στάσις Ιούδα Γαλιλαίυ. τρεῖς Ιυδαίων αἱρέσεις.

Archelai ethnarchia in provinciam redacta, Coponius sit procurator. Antt. l. 17. c. 14. §. 5.

ARchelai autem regione in provinciam redacta, procurator quidam, ordinis apud Romanos equestris, Coponius, mittitur, * summa à Cæsare potestate accepta. Eo provinciam administrante, vir quidam Galilæus, cui nomen erat Judas, ad defectionem indigenas excitabat, ignavos dicens, si Romanis tributum pendere sustinerent, & post Deum mortales dominos agnoscerent. Erat autem hic propriæ sectæ sophista, nulla in re aliis similis.

Judæ defectionis auctor. Antt. l. 17. c. 1. §. 1.

2. Nam tria hominum genera apud Judæos philosophantur, & unius quidem *generis* assectæ sunt Pharisæi; alterius vero Sadducæi; tertium vero, quod sane vitam severiorem exercere videtur, Essæni appellantur; gente quidem Judæi, at mutuo

ΤΗΣ δὲ Αρχελάυ χώρας εἰς ἐπαρχίαν πεγραφείσης, [p] ἐπίτροπός τις ἱππικῆς πρὸς Ρωμαίοις τάξεως [q] Κωπώνι πέμπ, [r] μέχρι ᾧ λείπειν [s] λαὸν πρὸς ᾧ Καίσαρ ἐξυσίαν. [t] ἐπὶ τούτυ τὶς ἀνὴρ [v] Γαλιλαῖ [x] Ιούδας ὄνομα εἰς [y] ἀπόστασιν ἐτρέπε τὺς ἐπιχωρίυς, καχίζων, εἰ φόρον τε Ρωμαίοις τελεῖν ὑπομένυσι, ϗ μ ᾧ τ Θεὸν οἴσυσι δηλτὰς δεσπότας. ἦν δὲ οὗτ, [z] σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως, [a] ἀδέν τοῖς ἄλλοις προσεοικώς.

β' [b] Τρία γ πρὸς Ιυδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται, ϗ τῶ μὲν [c] αἱρεσιῶται [d] Φαρισαῖοι, τῶ δὲ Σαδδυκαῖοι, [e] τρίτον δὲ ὁ δὴ ϗ δοκεῖ [f] σεμνότης ἀσκεῖν, [g] Εσσηνοὶ καλῦνται, Ιυδαῖοι μὲν γέν ὄντες, [h] φι-

---

i Γυνὴ—πρῶτον,] Eadem de tribus his Glaphyræ maritis ἀρχ. lib. 17. c. 15. §. 4. SPANH.

k Μὲν Αρχελάυ,] Illud μ adjectum esse volui è *Cod. Big.* & *Ruf.*

l Διεξήειμεν,] Ita ex *Lugd. Bat.* Sed *vulg.* διέξιμεν. HAV.

m Προδεδηλώκαμεν,] *Rost.* Εἴπομεν.

n Τῷ βασιλεύονλι Λιβύης,] Τῷ βασιλεῖ *Ruf. Rost.* & *Graci nonnulli.*

o Μαριάμμην ἀποπεμψάμν,] Mariamne Aristobuli filia ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 2. & lib. 20. c. 6. §. 3. SPANH.

p Επίτροπός—τάξεως] Επίτροπ τ ἱππ. HUDS. Coponius Procurator Judææ cum plena potestate, excepto jure gladii vid. ἀρχ. lib. 18. c. 1. §. 1. SPANH.

q Κωπώνι πέμπ,] Ita *Big. Rhed.* & in *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 1. Κοπώνι hîc loci in *Editis Alisque.*

r Μέχρι ᾧ λείπειν] Τῇ ἐπὶ πᾶσιν ἐξυσίᾳ in *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 1.

s Λαὸν—ἐξυσίαν.] *Lugd. Bat.* Παρὰ Καίσαρ ἐξυσίαν λαβὼν.

t Επὶ τούτυ] Επὶ τούτοις *Bod.* & *Euseb.* in *H. E.* lib. 1. c. 5. quod *ea tempestate* vertit *Valesius.* atque *deinceps* reddit *Montacutius* in *Originibus Eccl.* Part. 1. p. 315.

v Γαλιλαῖ] Ita *Bod.* & *Ruf.* Γαλιλαίας in *ceteris.* Hunc *Josephus* iterum appellat Galilæum in *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 6. & lib. 20. c. 4. §. 2. & *Gamaliel* apud *Apostolum* in *Act.* V. 37. quare certum est recte dici Galilæum. Verum in *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 1. Γαυλανίτης ἀνὴρ dicitur ἐκ πόλεως ὄνομα Γάμαλα, qui locus haud dubie depravatus est; nam eum laudans Josephus *Antt.* lib. 20. c. 4. §. 2. asserit se Judam nostrum (non Gaulanitem sed) Galilæum ante dixisse. οἱ παῖδες inquit Ιούδα τ Γαλιλαίυ—τ τ λαὸν ἀπὸ Ρωμαίων ἀποστήσαν, Κυρηνίυ τ Ιουδαίας τιμητὴν ὄντ, ὡς ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐδηλώσαμεν. Præter Gamalam Gaulanitidis alia erat Gamala Galilææ, de qua vide *Belli* lib. III. ALDR. Confer quæ annotavimus ad lib. 18. c. 1. §. 5.

x Ιούδας] Γαυλανίτης ἀνὴρ hic Judas dicitur ἀρχ. lib. 18. c. 1. §. 1. verum lib. 20. c. 4. §. 2. Ιούδα τῦ Γαλιλαίυ. Vid. Act. v. 37. & infra c. 17. §. 8. & ulterius lib. 18. *Antt.* c. 1. §. 1. SPANH.

y Απόστασιν] *Euseb.* Αποστασίαν.

z Σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως,] Conf. inf. c. 17. §. 8. SPANH.

a Οὐδὲν τοῖς ἄλλοις προσεοικώς.] Τὰ μ λοιπὰ πάνια γνώμῃ τ Φαρισαίων ὁμολογῦσι, δυσκίνη 5 τ ἐλευθέρυ ἔρως ἐσιν αὐτοῖς, &c. *Antt.* lib. 18. c. 1. §. 5.

b Τρία γ—φιλοσοφεῖται,] Conf. *Antt.* lib. 13. c. 5. §. 9. SPANH.

c Αἱρεσιῶται] Αἱρετικὰς infr. §. 7. Polyb. lib. 1. p. 80. A. ἀπὸ τ αἱρετικῶν. SPANH.

d Φαρισαῖοι,] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 5. §. 2. SPANH.

ς'. Πρὸς τοῦτο [z] τὸν μὲν Ιεροσολύμοις ἀγανάκλησις ἦν. ἔτι μέν τοι [a] καὶ τοὺς θυμοὺς κατεῖχον. ὁ δὲ Φλῶρος, ὥσπερ [b] ἐργολαβήσας, [c] ἐκριπίζει τὸν πόλεμον. καὶ, πέμψας ὅπου τὸ ἱερὸν θησαυρὸν, ἐξαίρει ἑπτακαίδεκα τάλαντα, σκηψάμενος εἰς τὰς Καίσαρος χρείας. σύγχυσις δ' εὐθέως εἶχε τὸ δῆμον, καὶ συνδραμόντες εἰς τὸ ἱερὸν [d] βοαῖς ἀπρυσίοις [e] καὶ τὸ Καίσαρος ἀνεκάλουν ὄνομα, καὶ τὸ Φλώρου τυραννίδος ἐλευθερῶν σφᾶς ἱκέτευον. ἔνιοι δὲ τῶν στασιαστῶν λοιδορίας αἰσχίστας εἰς τὸν Φλῶρον ἐκεκράγεσαν, καὶ [f] κανοῦν [g] περιφέροντες ἐπήτουν αὐτῷ [h] κέρμα, καθάπερ ἀκλήρῳ καὶ ταλαιπώρῳ. τούτοις οὐκ ἐνέδραπε τὸ φιλαργυρίαν, ἀλλ' ὅπως [i] τῷ μᾶλλον χρηματίσαιτο προσωργίσθη. δέον γὰρ εἰς Καισάρειαν ἐλθόντα σβέσαι τὸ τοῦ πολέμου πῦρ ἐκεῖθεν ἀρχόμενον, καὶ τὸ ταραχῆς ἀνελεῖν τὰς αἰτίας, ἐφ' ᾧ καὶ μισθὸν ἔλαβεν, ὁ δὲ μετὰ στρατιᾶς ἱππικῆς τε καὶ πεζικῆς ὅπως Ιεροσολύμων ὥρμησεν, ἵνα τοῖς Ρωμαίων ὅπλοις [k] ἐργάζηται [l] τὸ βουλόμενον, καὶ τῷ δέει καὶ ταῖς ἀπειλαῖς [m] περιδύσῃ τὴν πόλιν.

ζ'. Ὁ δὲ δῆμος, προδυσωπῆσαι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ βουλόμενος, [n] ὑπαντᾷ τοῖς στρατιώταις μετ' εὐφημίας, καὶ τὸν Φλῶρον θεραπευτικῶς ἐκδέχεται παρεσκευάστο. κἀκεῖνος προπέμψας σὺν ἱππεῦσιν πεντήκοντα Καπίτωνα ἑκατοντάρχην, ἀναχωρεῖν αὐτοὺς ἐκέλευσε, καὶ μὴ πρὸς ὃν οὕτως ἐλοιδόρησαν αἰσχρῶς, εἰρωνεύεσθαι τὰς νῦν φιλοφρονήσεις. δεῖν γὰρ αὐτοὺς, εἴπερ γενναῖοί εἰσι καὶ παρρησιασταὶ, σκώπτειν μὲν αὐτὸν καὶ παρόντα. φαίνεσθαι δὲ μὴ μόνον ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις φιλελευθέρους. ὁ τούτοις καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἅμα καὶ τὸ περὶ Καπίτωνα ἱππέων [p] εἰς μέσους φερομένων, διεσκεδάσθη, πρὶν ἀσπάσασθαι τὸν

hementer admodum Judæos irritabat, quasi lex eorum ludibrio habita esset, & locus impie contaminatus. Ac pars quidem Judæorum constantior & moderatior factu optimum esse censebat, ut ad judices denuo se reciperent: seditiosi vero quique in ætatis fervore erant in pugnam accendebantur. Stabant autem ad confligendum parati etiam Cæsarienſium aliquot turbulenti, (ex composito quippe præmissus fuerat, qui *aviculas* immolaverat) & statim ad manus ventum est. Cum autem *ad eos* accessisset Jucundus ad *tumultum* prohibendum constitutus equitum magister, vas Samium auferri jubet, & ad seditionem comprimendam aggrediebatur. At cum ipse superatus esset Cæsarienſium violentia, Judæi correptis legum *Moysaicarum* libris in * Nabata secesserunt. regio quædam illorum ita appellatur stadiis sexaginta distans à Cæsarea. Verum Joannes cum duodecim *Judæorum* primoribus, Sebasten ad Florum profecti, de iis quæ acciderant graviter conquerebantur, & ab eo auxilium implorabant, octo talentorum verecunde eum admonentes. Ille vero viros comprehendi & in vincula conjici jubet, eis objiciens quod legum libros Cæsareâ exportassent.

Narbata secedunt.

Joannes aliique frustra querelas deferunt ad Florum.

6. Hoc *quidem* indigne ferebant Hierosolymitani: veruntamen & adhuc irarum abstinebant. Florus autem, quasi *ad hoc* operam suam locasset, bellum accendit; missis ad sacrum thesaurum qui talenta septemdecim inde auferrent, hoc prætextu quod Cæsari illis opus esset. Ad hoc statim confusione repleta est plebs, factoque ad templum concursu maximis clamoribus & Cæsaris nomen invocarunt, utque à Flori tyrannide liberarentur supplices petebant. nonnullique è seditiosis convicia fœdissima in eum jaciebant, & canistrum circumferentes stipem ei mendicabant, quasi egeno miseroque. His autem omnibus à pecuniæ cupiditate nihil dimovebatur, sed eo magis ad quæstum faciendum irritatus est. Denique cum deberet Cæsaream se conferre, & belli incendium illic ortum restinguere, causasque tumultuum sublatum ire, quem in finem etiam mercedem acceperat; ille è contra cum equitum peditumque exercitu Hierosolyma contendit, ut cum Romanorum armis id quod volebat perpetraret, atque timorem & minas urbi indueret.

Florus bellum accendit, diripiendo sacrum thesaurum.

Judæi convicia in eum faciunt.

7. At populus, volens ejus impetum in antecessum flectere, obviam it militibus cum lætis acclamationibus, paratusque erat Florum plenioribus obsequiis excipere. Ille vero, præmisso cum equitibus quinquaginta Capitone centurione, jussit eos discedere: neque eum officiis nunc demereri simularent, cui turpiter adeo conviciati fuerant. Oportere quippe eos, si viri sint fortes fidentesque, in ipsum etiam præsentem cavillari, & sese non solum in verbis sed in armis libertatis studiosos ostendere. Istis exterrita multitudo, militibus etiam qui cum Capitone erant in medium illorum irruentibus, in fugam disjecta erat, priusquam salu-

Florus Judæorum obsequia remittit.

o Μὲν αὐτοῖς] Illud μὲ è *Cod. Bod.*
p Μεμιαμμένου] Μεμιασμένου in aliquot *MSS.*
q Παρεσκευασμένοι] *Lugd. Bat.* Παρασκευασάμενοι.
r Επιθύσαντα] Plenius forsan in *Rufini Cod.* nam vertit, *qui pro Synagoga foribus immolaret.*
s Αἴρει] *Coislin.* & *Lugd. Bat.* Αἴρει.
t Τοὺς νόμους ἁρπάσαντες] Τοὺς νόμους, & mox fine §. τοὺς νομοὺς, (ac si construi deberet, τῶν Καισαρείας τοὺς νομοὺς ἐξενεγκεῖν) legendum censet *Petitus*, in *Animadv.* ἀνεκδότοις. Tom. 3. p. 1058.
v Νάρβατα.] Hinc Ναρβατηνὴ Επαρχία infr. cap. 18. §. 10. SPANH. *Lugd. Bat.* Νάβαρια.
x Τῶν ὀκτὼ ταλάντων.] Vide supra v. 4.
y Τοὺς νόμους] Libros legis. SPANH.
z Τοῦτον τὸν—ἦν.] Τοῖς *Bod.*
a Καὶ—κατεῖχον.] Illud καὶ non agnoscunt *Big.* & *Bod.*
b Ἐργολαβήσας,] Confr. supr. c. 25. §. 2. SPANH.
c Ἐκριπίζει] Ἐκριπισόμενος. infr. lib. 3. c. 2. §. 1. SPANH.
d Βοαῖς ἀπρυσίοις] Conf, supr. c. 1. §. 2. SPANH.
e Καὶ τὸ Καισαρος] *Lugd. Bat.* Τὸ Καίσαρος.
f Κανοῦν] Canistrum. קובה vel חכחוי REL.
g Περιφέροντες] Ita *Big.* & *Ruf.* ἐπιφέροντες in *Editis Aliisque.*
h Κέρμα,] Κέρματα *Big.* & *Lugd. Bat.*
i Τῷ μᾶλλον] *Lugd. Bat.* Τὸ μᾶλλον.
k Ἐργάζηται] *Lugd. Bat.* & *Rost.* Ἐργάσηται.
l Τὸ βουλόμενον,] Illa τὸ βουλόμενον ex *MSS.* quibus consentiunt *Rufini* codices.
m Περιδύσῃ τὴν πόλιν.] Ita *Busb. Big. Rost. Lugd. Bat.* & *Rhed.* περιδήσῃ in *cæteris.*
n Ὑπαντᾷ τοῖς στρατιώταις] Ita *Bod.* ὑπάντα in *Editis Aliisque.* mallem ὑπήντα.
o Τούτοις καταπλαγὲν] Ita *Big.* & *Ruf.* ἅτε in *cæteris.*
p Εἰς μέσους φερομένων,] Εἰς μέσον *Big.*
* *Nabata* in *Rufini Codd.*

salutarent Florum, aut ſuum militibus manifeſtum facerent obſequium. In domos itaque ſuas ſe recipientes in metu & humilitate noctem *iſtam* egerunt.

Judæorum primores nequicquam Florum obſecrant ut populo ignoſceret.

8. Florus autem tunc quidem in regia diverſabatur; die vero ſequenti pro tribunali ante eam poſito ſedet, profectique ad eum pontifices cum viris omnibus ſummæ auctoritatis & dignitatis tribunali adſtiterunt. Quibus præcepit Florus, ut illos ſibi traderent qui contumeliis eum affecerant, dicens fore ut ipſos ultum iret, niſi conviciatores *ad eum* vellent adducere. Illi vero affirmabant populum quietum eſſe pacique ſtudere, & pro eis qui perperam loquuti ſunt veniam rogabant. In tanta quippe multitudine, minime mirandum eſſe, nonnullos inveniri, paulo audaciores & in prima adoleſcentia inconſultos: fierique non poſſe ut ii qui deliquerint à reliquis ſecernantur; cum & ſingulos nimirum *facti* pœniteat, & præ timore ad negandum ſint parati. debere tamen illum proſpicere gentis quieti, & conſtituere Romanis urbem ſervare; magiſque multorum innoxiorum gratia paucis qui ſcelus admiſerint ignoſcere, quam propter aliquot improbos tantam bonorum multitudinem perturbare.

Florus jubet militibus forum ire direptum.

9. Ad hæc *ille* magis irritatus milites inclamavit, ut forum quod ſuperius vocabatur direptum irent, ac paſſim obvios interficerent. Illi vero, cum lucri aviditatem præſidis adhortatione cohoneſtatam haberent, non ſolum illum diripiebant locum in quem immiſſi fuerant, ſed in domos univerſas irruentes trucidabant incolas. Fuga autem erat per omnes angiportus & cædes eorum quos comprehendebant, nullumque direptionis genus erat prætermiſſum. multos etiam * è moderatis comprehenſos ad Florum ducebant, quos cum ille jam ante verberibus dehoneſtaſſet in crucem eos ſuſtulit. Sane univerſi qui eo die fuerant perempti una cum mulieribus & liberis (nam ne infantibus quidem parcebant) connumerati erant ad tria hominum millia & ſexcentos. Graviorem autem calamitatem faciebant nova *& inopina* Romanorum immanitas. quod enim nemo unquam prius, tunc auſus eſt Florus, ut viros *ſcilicet* equeſtris ordinis pro tribunali flagellis cæderet, & cruci affigeret: quorum etſi origo Judaïca, dignitas tamen erat Romana.

Magna Judæorum cædes.

Φλῶρον, ἢ τοῖς στρατιώταις φανερὸν ποιῆσαι τὸ [q] πεισθὲν. ἀναχωρήσαντες δὲ εἰς τὰς οἰκίας μὴ δέους ἀλλ' [r] ταπεινότητι διενυκτέρευσαν.

η'. Φλῶρος δὲ τότε μὲν ἐν τοῖς βασιλείοις αὐλίζεται. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ βῆμα [s] πρὸ αὐτῶν θέμενος καθέζεται, καὶ προσελθόντες οἵ, τε ἀρχιερεῖς [t] καὶ δυνατοὶ, τό, τε γνωριμώτατον τῆς πόλεως πᾶν, παρέστησαν τῷ βήματι. τούτοις ὁ Φλῶρος ἐκέλευσε τοὺς λοιδορήσαντας αὐτὸν ἐκδοῦναι. φάμενος αὐτοὺς ἀπολαύσειν τῆς ἀμύνης, εἰ μὴ προσάγοιεν τοὺς αἰτίους. οἱ δὲ [u] τὸ μὲν δῆμον ἀπέφαινον εἰρηνικὰ φρονοῦντα, τοῖς δὲ παροφθεγξαμένοις ἠτοῦντο συγγνώμην. ἐν γὰρ τοσούτῳ πλήθει θαυμαστὸν οὐδὲν εἶναί τινας θρασυτέρους, καὶ δι' ἡλικίαν ἄφρονας. ἀμήχανον δὲ τὸ ἡμαρτηκότων τὴν ἀκρίσιν γενέσθαι, ἑκάστου μελανοῦντός τε, καὶ δι' ἃ [v] δέδοικεν ἀρνουμένου· δεῖν μέντοιγε ἐνεῖνον προνοεῖν τῆς κατὰ τὸ ἔθνος εἰρήνης, καὶ βουλεύεσθαι Ρωμαίοις σῴζειν τὴν πόλιν, καὶ μᾶλλον ἀφ' ὧν πολλοὺς ἀκαλαιλιάτους συγγνῶναι καὶ τοῖς ὀλίγοις [x] πλημμελήσασιν, ἢ δι' ὀλίγους πονηροὺς ταράξαι δῆμον [y] ἀγαθὸν τοσοῦτον.

θ'. Πρὸς ταῦτα μᾶλλον παροξυνθεὶς ἐμβοᾷ τοῖς στρατιώταις, ἁρπάζειν τὴν ἄνω καλουμένην ἀγορὰν, καὶ κτείνειν τοὺς ἐντυγχάνοντας. οἱ δὲ, ἐπιθυμίᾳ κέρδους [z] προσλαμβάνοντες ἡγεμονικὴν προσκέλευσιν, οὐ μόνον ἐφ' οὓς ἐπέμφθησαν τόπον ἥρπαζον, ἀλλ' εἰς πάσας ἐμπηδῶντες τὰς οἰκίας, ἔσφαζον τοὺς οἰκήτορας. φυγὴ δ' ἦν ἐκ τῶν στενωπῶν, καὶ φόνος τῶν καταλαμβανομένων, τρόπος τε ἁρπαγῆς οὐδεὶς [a] παρελιμπάνετο. καὶ πολλοὺς [b] τῶν μετρίων συλλαμβάνοντες, ὅτι τὸν Φλῶρον [c] ἦγον, [d] ὡς μάστιξι προαικισάμενος ἀνεσταύρωσεν. ὁ γὰρ σύμπας τῶν ἐκείνης ἁπλομένων τὴν ἡμέρας ἀριθμὸς, σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις, οὐδὲ γὰρ ἡπίων ἀπέσχοντο, [e] ἐγένετο τριακισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι συμπαθῆ. βαρυτέραν δὲ ἐποίει τὴν συμφορὰν τὸ καινὸν τῆς Ρωμαίων ὠμότητος. οὐ γὰρ μηδεὶς πρότερον τότε Φλῶρος ἐτόλμησεν, ἄνδρας ἱππικοῦ τάγματος μαστιγῶσαι πρὸ τοῦ βήματος, καὶ σταυρῷ προσκλῶσαι. ὧν εἰ καὶ τὸ γένος [f] Ἰουδαῖον, ἀλλὰ [g] τὸ γοῦν ἀξίωμα Ρωμαϊκὸν ἦν.

XV. **CAP. XV.** ΚΚΦ. ιε'.

De Berenice fruſtra Florum obſecrante ut parceret Judæis. Et quomodo Florus ſeditionem exſtinctam reſuſcitavit.

Περὶ Βερνίκης μάτην Φλώρου δεομένης φείσεσθαι Ἰουδαίων. καὶ ὅπως σεσεισμένης τὴν στάσεως πάλιν ὁ Φλῶρος ἀνῆψεν αὐτήν.

Alexander quidam Ægypti procurator.

PER idem tempus rex quidem Agrippa Alexandriam erat profectus, congratulatum Alexandro miſſo ad Ægyptum, quæ ei concredita erat à Nerone, imperio regendam. Sororem autem ejus

Berenice pro populo ſupplicat Floro.

Berenicen, quæ *tunc* Hieroſolymis aderat & mili-

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, ὁ μὲν βασιλεὺς Ἀγρίππας ἔτυχεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πεπορευμένος, ὅπως [h] Ἀλεξάνδρῳ σωφρονοῦντι πεπιστευμένῳ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ Νέρωνος, καὶ πεμφθέντι διέπειν. τὴν δὲ ἀδελφὴν αὐτοῦ

---

q Πεισθὲν.] Conf. ſupr. lib. 1. c. 19. §. 4. SPANH.

r Ταπεινότητι.] Conf. ἀλλοῦ. lib. 1. c. 16. §. 4. SPANH.

s Πρὸ αὐτῶν θέμενος.] Πρὸς αὐτοῦς *Busb.* & *Rhed.* *adverſum eos* vertit *Ruf.*

t Καὶ δυνατοὶ,] Καὶ οἱ δυνατοὶ *Busb.*

u Δέδοικεν ἀρνουμένου.] Δέδωκεν *Busb.* δέδρακεν *Big.*

x Πλημμελήσασιν,] Sic *Busb.* & *Rhed.* πλημμελήμασιν in *cæteris.*

y Ἀγαθὸν τοσοῦτον.] Ἀγαθῶν *Big.* & *Busb.*

z Προσλαμβάνοντες—παρακέλευσιν,] Προσλαβόντες *Big.* & mox συλλαβόντες.

a Παρελιμπάνετο.] Παρελείπετο *Big.*

b Τῶν μετρίων] Suſpicor excidiſſe voculam ἀ, quam in codice ſuo inveniſſe videtur *Epiphan.* vertens *multis nobilium.* & id poſtulant ſequentia in fine capitis. HAV.

c Ἦγον,] Ἀνῆγον *Big.*

d Οὓς—ἀνεσταύρωσεν.] Inde Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 2. c. 26. p. 68. SPANH.

e Περὶ—συμπαθῆ.] Περὶ τριάκοντα καὶ ἑξακοσίους *Big.* & *Ruf.*

f Ἰουδαῖον,] Ita *Big.* & *Ruf.* τῶν Ἰουδαίων *Bod.* Ἰουδαῖος in *cæteris.*

g Τὸ—ἦν.] In *Cod. Busb.* ἀλλὰ γοῦν τὸ ἀξ.

h Ἀλεξάνδρῳ—διέπειν.] De Tiberio Alexandro Ægypti Præfecto ſub Nerone infr. c. 18. §. 7. & 8. ut & lib. 4. c. 10. §. 6. Item lib. 5. c. 1. §. 6. De hujus Alexandri Patre ἀλλοῦ. lib. 5. c. 5. §. 3. SPANH.

* Nobilium, *Ruf.*

i Ἀτο-

αὐτῷ Βερνίκην παρῶσαν ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τ παρανομίαν τ γραλιωτῶν [i] ἀποθεωμένην, δεινὸν εἰσῄει πάθος. καὶ πολλάκις τὰς τε [k] ἱππάρχας [l] αὐτῆς καὶ σωματοφύλακας πέμπουσα πρὸς Φλῶρον ἐδεῖτο παύσασθαι γε φόνου. καὶ ὁ μὲν, ὅτε εἰς τὸ πλῆθος τ ἀναιρουμένων, ὅτε εἰς τ εὐγένειαν τ προκαλούσης, ἀλλ' εἰς μόνον τὸ λυσιτελὲς τὸ ἐκ τ ἁρπαγῶν ἀποβλέπων, παρήκουσεν. ἡ δ' ὁρμὴ τ γραλιωτῶν [m] ἐλύσησε καὶ κατ' αὐτὴν τὸ βασιλίδος. ἓν μόνον γᾶν ἐν ὄμμασιν [n] αὐτῆς ἡκίζοντο τὰς ἁλισκομένους καὶ διέφθειρον· ἀλλὰ [o] καὶ αὐτὴν ἀνεῖλον, εἰ μὴ καταφυγεῖν εἰς τ βασιλικὴν αὐλὴν ἔφθη. κἀκεῖ διενυκτέρευσε μὴ φυλακῆς, δεδοικυῖα τ τῶν γραλιωτῶν ἔφοδον. ἐπεδήμει δ' ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, [p] εὐχὴν ἐκτελοῦσα τῷ Θεῷ. τοὺς γὰρ ἢ νόσῳ καταπονουμένους, ἢ τισιν ἄλλαις ἀνάγκαις, ἔθος εὐχεσθαι [q] πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν, ἧς ἀποδώσειν μέλλοιεν θυσίας, οἶνόν τε ἀφέξεσθαι, καὶ ξυρήσασθαι τὰς κόμας. ἃ δὴ τότε τελοῦσα Βερνίκη, [s] γυμνόπους τε πρὸ τοῦ βήματος ἱκέτευσε τ Φλῶρον, καὶ [t] πρὸς τὸ μὴ τυχεῖν αἰδοῦς αὐτὴν, τ περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον ἐπείρασεν.

β'. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκκαιδεκάτῃ μηνὸς Ἀρτεμισίου συνέβη. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸ μὲν πλῆθος [u] καταπαθῆσαν εἰς τ ἄνω συνέρρευσεν ἀγοράν, καὶ βοαῖς ἐξαισίοις περὶ τ ἀπολωλότων [v] ἀνωδύροντο. τὸ πλέον δὲ ἦσαν εἰς τ Φλῶρον ὑπόφθονοι φωναί. πρὸς ὃ δείσαντες οἱ δυνατοὶ σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὰς ἐσθῆτας περιερρήξαντο, καὶ προσπίπτοντες ἑκάστοις, ἐδέοντο παύσασθαι, καὶ μὴ πρὸς οἷς πεπόνθασιν εἰς ἀνήκεστόν τι τ Φλῶρον [x] ἐρεθίζειν. ἐπείθη δὲ τὸ πλῆθος ταχέως, αἰδοῖ τε τ προκαλούντων, καὶ κατ' ἐλπίδα τοῦ μηδὲν ἔτι τ Φλῶρον εἰς αὐτοὺς προνομήσειν.

γ'. Ὁ δὲ σπεισθείσης τ ταραχῆς ἦχθετο, καὶ πάλιν αὐτὴν ἀνάψαι πραγματευόμενος, τούς τε ἀρχιερεῖς σὺν τοῖς γνωρίμοις μεταπέμπεται, καὶ μόνον, ἔφη, τεκμήριον ἔσεσθαι τοῦ μηδὲν ἔτι τ δῆμον νεωτερίσειν, εἰ προελθόντες ὑπαντήσουσι τοῖς ἀπὸ Καισαρείας ἀνιοῦσι γραλιώταις. παρεγένοντο δὲ δύο σπεῖραι. τ δὲ ἔτι συγκαλούντων τὸ πλῆθος, προπέμψας διεκέλευε τοῖς τ σπειρῶν ἑκατονταρχαις, ὅπως διαγγείλωσι τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς, μήτε ἀντασπάσασθαι τοὺς Ἰουδαίους, κἄν τι [y] κατ' αὐτοῦ φθέγξωνται, χρήσασθαι τοῖς ὅπλοις· οἱ δὲ ἀρχιερεῖς εἰς τὸ ἱερὸν τ πλῆθος συναγαγόντες ὑπανιέναι τοῖς Ῥωμαίοις παρεκάλουν, καὶ πρὸ ἀνηκέστου πάθους τὰς σπείρας δεξιοῦσθαι. τούτοις τὸ φασιῶδες ἠπείθει, καὶ διὰ τοὺς ἀπολωλότας τὸ πλῆθος ἔρρεπε πρὸς τοὺς θρασυτέρους.

δ'. Ἔνθα δὴ πᾶς μὲν ἱερεὺς, πᾶς δ' ὑπερέτης τοῦ Θεοῦ, τὰ ἅγια σκεύη προκομίσαντες, καὶ τ κόσμον, ἐν ᾧ λειτουργεῖν ἔθος ἦν αὐτοῖς, ἀναλαβόντες, κιθαρισταί τε καὶ ὑμνῳδοὶ, μετὰ τ ὀργάνων προσπίπτοντες, καλπιγκτὴν φυλάξαι τ ἱερὸν κόσμον αὐτοῖς, καὶ μὴ πρὸς ἁρπαγὴν τ θείων κειμηλίων Ῥωμαίοις ἐρεθίσαι. τοὺς δὲ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς ἦν ἰδεῖν [z] καλαμωμένους μὲν τ κεφαλῆς κόνιν, [a] γυμνοὺς δὲ τὰ στέρνα τ ἐσθήτων περιερρηγμένων. ὀνομαστὶ δὲ ἕκαστον τ γνωρίμων καὶ κοινῇ τὸ πλῆθος ἱκέτευον, μὴ δι' ἐλαχίστης πλημμελείας προδοῦναι τ πατρίδα τοῖς ἐπιθυ-

tum iniquitatem ſpectabat, gravis inde angor invaſit: & frequenter equitum ſuorum præfectos & corporis cuſtodes ad Florum mittens orabat, ut à cæde deſineret. Et ille quidem, neque ad multitudinem interfectorum, neque ad nobilitatem ejus quæ eum obſecrabat, ſed tantum ad ſuum ex rapinis quæſtum reſpiciens, audire recuſavit: militum vero impetus etiam adverſus reginam efferatus eſt. quippe ob oculos ejus non ſolum *obvios* quoſque prehenſos verberibus cruciabant & perimebant, ſed & ipſam etiam occidiſſent, niſi prius in regiam confugiſſet. illic etiam cum cuſtodia pernoctavit, verita militum irruptionem. Hieroſolymis quippe agebat ut vota Deo ſolveret. nam iis qui morbo laboraverant, aut in anguſtias quaſcunque conjecti fuerant, moris erat precibus vacare xxx. diebus antequam victimas oblaturi eſſent, & vino abſtinere & radere comam. quæ dum perficeret Berenice, & nudipes pro tribunali Floro ſupplicabat, &, præterquam quod nulla ei habita eſſet reverentia, etiam de vita ſua periclitata eſt. *Vitæ diſcrimen auit.*

2. Et iſta quidem decimo ſexto die menſis Artemiſii acciderunt. Poſtridie vero multitudo quidem vehementer commota in forum ſuperius conſluxit, & magnis clamoribus eos qui fuerant occiſi lamentabantur: potiſſimum autem vociferabant ut Floro odium concitarent. id quod veriti primates cum pontificibus veſtimenta lacerarunt, & ſingulis ad genua accidentes, ut quieſcerent orabant, neque, præter ea quæ *jam* perpeſſi ſunt, ad malum aliquod graviſſimum *eis inferendum* Florum irritarent. Illico paruit multitudo, tam reverentia precantium, quam quod ſperarent Florum non amplius injuriis ipſos affecturum. *Tumultuatur populus.*

3. Ille autem, motu iſto exſtincto, angebatur; & denuo eum inflammare ſatagens, & pontifices cum nobilioribus quibuſque accerſit, & unicum fore argumentum ajebat, quod populus non ulterius res novas molituri ſint, ſi progreſſi *ex urbe* obviam ierint militibus è Cæſarea *in eam* aſcendentibus. duæ autem adveniebant cohortes. Dumque illi multitudinem convocarent, *is*, certis quibuſdam præmiſſis, ſignificabat cohortum centurionibus, ſuis denunciatum ire militibus, ut Judæos minime ſalutarent, & ſi quid contra ipſum loquuti fuerint, armis eos aggrederentur. Pontifices, cum multitudinem in templum congregaſſent, ut Romanis in occurſum irent hortabantur, & antequam mali aliquid graviſſimi paterentur benigne cohortes exciperent. Iſtis ſeditioſi parere recuſabant, & propter ſuorum cædem multitudo ad audaciores propendebat. *Sedato tumultu Florus id agit ut populum concitet.*

4. Tum demum ſacerdos omnis omniſque Dei miniſter, cum vaſa ſacra protuliſſent, & ornatum induiſſent, quo munus ſuum obire ſolebant, cithariſtæ etiam & cantores cum multitudini ad genua cum inſtrumentis ſuis acciderent, ſupplicabant, ut ſacrum iſtum ornatum eis cuſtoditum eſſe vellent, & Romanos eouſque irritare nollent, ut vaſa Deo ſacrata direptum irent. Videre autem erat ipſos pontifices cum cineribus quidem capiti inſperſis, pectore vero nudos veſtibus dilaceratis. atque nominatim ſingulos quoſque nobilium & multitudinem communiter obſecrabant, ne ob minimum delictum patriam iis proderent, qui eam vaſtare deſiderant. *Sacerdotes & Levita ſtudent paci quietique.*

---

i Ἀποθεωμένην,] Θεωμένην *Big.*
k Ἱππάρχας] Ὑπάρχους *Busb.* ἐπάρχους *Rhed.*
l Αὐτῆς—σώματα] *Al.* αὐτῆς & ἑαυτῆς.
m Ἐλύσησε] *Roſt.* Ἐλύσησε μέν.
n Αὐτῆς] *Roſt.* Αὐτοῖς.
o Καὶ αὐτὴν] Καὶ κατὰ αὐτὴν jubet legere. *Roſt.*
p Εὐχὴν ἐκτελοῦσα] Non videtur votum hoc fuiſſe Nazareatûs votum (uti plerique exiſtimant) ſed votum conceptum ob liberationem vel à morbo vel ab aliquo periculo ſeu neceſſitate. *L. Cappellus*, ad *Act.* c. 21. v. 23. Vide *Grotium* ad *Act.* c. 18. v. 18. & *Spencerum* de *Legibus Hebræorum ritualibus*, lib. 3. Diſſ. 1. c. 6.
q Πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν,] Videtur legendum πρὸ τριῶν ἡμερῶν, non vero τριάκοντα, nam longum eſt tempus illud, neque commodum erat omnibus voventibus tam diu Hieroſolymis hærere, uſque dum ſacrificia pro iis peragerentur. *L. Cappell.*
r Ξυρήσασθαι] *Roſt.* Ξυρίσασθαι.
s Γυμνόπους] Conf. *Anut.* lib. 8. c. 13. §. 8. Spanh.
t Πρὸς τὸ] *Lugd. Bat.* Πρὸς τῷ.
u Ἀνωδύροντο.] Ἀποδύραντο. *Bod.*
x Ἐρεθίζειν.] *Roſt.* Ἐξερεθίζειν.
y Κατ' αὐτοῦ φθέγξωνται,] Κατ' αὐτῶν *Busb.* & *Bod.*
z Καλαμωμένους] Conf. ſupr. c. 12. §. 5. Spanh.
a Γυμνοὺς] Vide *Grotium* ad *Matt.* c. 26. v. 65.

derant. „ Quid enim *ajebant*, militibus proderit si „ à Judæis salutati fuerint, aut quomodo Judæis „ satisfactum erit pro iis quæ acciderunt, si nunc „ obviam nolint procedere? Sin vero eos adventantes pro more officiose exceperint, fore ut „ Floro quidem omnis belli occasio præcidatur, „ illis vero detur ut patriam servent, & nihil amplius mali patiantur. Præterea summæ dementiæ „ esse, paucis seditiosis sese adjungere, cum oporteret ipsos, tantam quippe multitudinem, cogere etiam illos ad secum consentiendum.

Flori milites irritant Judæos, & magnam stragem edunt.

5. Istis multitudinem demulcentes, simul & seditiosorum quosdam partim minis partim *sui* reverentia compresserunt. deinde *eos* quiete compositeque ducentes militibus obviam ibant, cumque propius accederent eos salutarunt. atque ubi illi nihil responderunt, magno clamore in Florum invehebantur. Hoc autem in tesseram contra eos datum erat. Statim itaque milites, cum illos circundedissent, fustibus eos cædebant, & in fugam versos conculcabant equites, dum eos persequerentur. Et multi quidem cadebant à Romanis cæsi, plures vero vi à se invicem protrusi. nam in ipsis portis vehemens facta est propulsio: & unoquoque alterum prævenire properante, tardior quidem omnibus erat fuga, lapsis vero horrendus interitus. nam suffocati fractique super-gradientium multitudine perempti erant, & ne ad sepulturam quidem quisquam relictus erat, qui à suis dignosci poterat. Simul autem irruebant etiam milites, immoderate eos quos comprehendissent cædentes, & per Bezetha ut vocatur sursum impellebant multitudinem, vi nitentes eam præterire, & templum atque Antoniam occupare. Quorum etiam desiderio Florus ex aula regia eduxit eos qui secum erant, & in castellum pervenire summopere contendebat. Cæterum excidebat incœpto. Populus quippe è vestigio *in eos* conversus impetum *illorum* cohibuit, quique seorsum stabant super tectis *domorum* saxis feriebant Romanos. Cum itaque vexarentur telis superne venientibus, nec valuerint multitudinem perrumpere quæ vias angustiores obstruebat, ad exercitum qui in regia erat se recipiebant.

Florus Cæsaream regreditur.

6. Seditiosi autem veriti, ne superveniens denuo Florus templum occuparet per Antoniam eundo, facto statim ascensu porticus templo contiguas versus Antoniam succiderunt. id quod Flori avaritiam refrigeravit. Nam cum Dei sacris thesauris inhiaret, propterea que in Antoniam transgredi cuperet, ubi disruptas vidit porticus, ab impetu conquievit. Atque ubi pontifices & senatum accersiverat, se quidem ajebat urbe digredi; præsidium tamen iis relicturum esse, quantum ipsi voluerint. Cum autem illi omnia de securitate & ne quid novi agitaretur polliciti essent, si unam tantum apud eos relinqueret cohortem, non tamen illam quæ cum civibus conflixerat (ob ea siquidem quæ pertulerant populum ei infensum esse) *is* cohorte, uti rogabant, mutata, cum reliqua manu Cæsaream reversus est.

μῶσι πορθῆσαι. “ τίνα γὰρ ἡ τοῖς στρατιώταις φέρειν „ ὠφέλειαν τὸ ἀπὸ Ιουδαίων ἀσπασμὸν, ἢ διόρθωσιν „ αὐτοῖς τῶν συμβεβηκότων, τὸ μὴ νῦν προελθεῖν; εἰ δὲ „ δὴ [b] δεξιώσαιντο τοὺς προσιόντας, [c] ὡς ἔθος, [d] Φλώ„ ρα μὲν ἀπεκοπήσεται τῆς ἀφορμὴν τοῦ πολέμου, κερδήσειν „ δὲ αὐτοὺς τὴν πατρίδα, καὶ τὸ μηδὲν παθεῖν πλέον. „ ἄλλως τε καὶ τὸ πείθεσθαι στασιάζουσιν ὀλίγοις, „ δέον αὐτοὺς δῆμον ὄντας τοσοῦτον συναναγκάζειν „ [e] κἀκείνους συγγνωμονεῖν, [f] δεινῆς [g] ἀκρασίας εἶναι.

ε'. Τούτοις μελισσόμενοι τὸ πλῆθος, ἅμα καὶ τῶν στασιαστῶν, οὓς μὲν ἀπειλαῖς, οὓς δὲ αἰδοῖ κατέστειλαν. ἔπειτα ἐξηγούμενοι, μεθ' ἡσυχίας τε καὶ κόσμου τοῖς στρατιώταις ὑπήντων, καὶ πλησίον γενόμενοι ἠσπάσαντο. [h] τῶν δὲ μηδὲν ἀπκριναμένων, οἱ στασιασταὶ Φλώρῳ κατεβόων. τοῦτο δὲ ἦν σύνθημα κατ' αὐτῶν δεδομένον. αὐτίκα γοῦν οἱ στρατιῶται, περιεχόντες αὐτοὺς, ἔπαιον ξύλοις, καὶ φεύγοντας οἱ ἱππεῖς καταδιώκοντες συνεπάτουν. ἔπιπτον δὲ πολλοὶ μὲν ὑπὸ Ρωμαίων τυπτόμενοι, πλείους δὲ ὑπ' ἀλλήλων βιαζόμενοι. δεινὸς δὲ περὶ τὰς πύλας ὠθισμὸς ἦν. καὶ φθάνειν ἑκάστου σπευδόντος, βραδυτέρα μὲν ἡ φυγὴ πᾶσιν ἐγίνετο, τῶν δὲ σφαλέντων ἀπώλεια δεινή. πνιγόμενοι γὰρ καὶ [i] κλώμενοι πλήθει τῶν ὑπερβαινόντων ἠφανίζοντο, καὶ οὐδὲ πρὸς ταφὴν τις γνώριμος τοῖς ἰδίοις κατελείπετο. συνεπιπτον δὲ καὶ στρατιῶται πάσσοντες [k] ἀνέδην τοὺς καταλαμβανομένους, καὶ μάλιστα ὑπὸ [l] Βεζεθὰ καλουμένης [m] ἀνέδην τὸ πλῆθος, βιαζόμενοι παρελθεῖν καὶ κρατῆσαι τότε ἱερᾶς καὶ τῆς Αντωνίας. ὧν καὶ Φλῶρος ἐφιέμενος [n] ἐξήγαγεν ἐκ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ Φρούριον ἐλθεῖν ἠγωνίζετο. διήμαρτε γοῦν τῆς [o] ἐπιβολῆς. ὁ μὲν δῆμος ἀντικρὺς ἐπιστραφεὶς εἶργε τὴν ὁρμὴν, [p] καὶ μάχαντες ἐπὶ τῶν τειχῶν τοὺς Ρωμαίους ἔβαλλον. καταπονούμενοι [q] δὴ τοῖς ὑπερθε βέλεσι, καὶ μάλιστα τὸ τοὺς γενοπτὰς ἐμφράξαι πλῆθος ἀδυνήσαντες, ἀνεχώρουν εἰς τὸ πρὸς τοῖς βασιλείοις στρατόπεδον.

ς'. Οἱ δὲ στασιασταὶ, δείσαντες μὴ πάλιν ἐπελθὼν ὁ Φλῶρος κρατήσῃ τοῦ ἱεροῦ [r] μάλιστα τῆς Αντωνίας, ἀναβάντες εὐθέως τὰς [s] συνεχεῖς στοὰς τοῦ ἱεροῦ πρὸς τὴν Αντωνίαν διέκοψαν. τοῦτο ἔψυξε τὴν Φλώρου πλεονεξίαν. τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ θησαυρῶν ἐφιέμενος, καὶ μάλιστα τοῦτο παρελθεῖν ἐπιθυμῶν εἰς τὴν Αντωνίαν, ὡς [t] ἀπερράγησαν αἱ στοαὶ, τὴν ὁρμὴν ἀνείρατο. καὶ μεταπεμψάμενος τούς τε ἀρχιερεῖς καὶ τὴν βουλὴν, αὐτὸν μὲν [u] ἐξιέναι τῆς πόλεως ἔφη, φρουρὰν δὲ καταλείπειν αὐτοῖς ὅσην ἂν ἀξιώσωσι. τὰ δὲ πάντα περὶ ἀσφαλείας καὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίσειν ὑποχομένων, εἰ μίαν αὐτοῖς καταλείψοι σπεῖραν, μὴ μέντοι τὴν μαχησαμένην. πρὸς γὰρ ταύτῃ ἀπεχθῶς δι' ἃ πέπονθεν ἔχειν τὸ πλῆθος. ἀλλάξας τὴν σπεῖραν, ὡς ἠξίουν, μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως ὑπέστρεψεν εἰς Καισάρειαν.

ΚΕΦ.

b Δεξιώσαιντο] *Lugd. Bat.* Διώξαιντο.

c Ως ἔθος,] *Gelen.* solemniter, *pro more.* SPANH.

d Φλώρα μὲν ἀποκοπήσεσθαι] Φλώρα *Big.*

e Κἀκείνους συγγνωμονεῖν,] Κἀκείνους μὴ συγγνωμονεῖν. *MS. Lipsi.* SPANH.

f Δεινῆς] Δεινῆς ἀκρασίας *MS. Lipsi.* SPANH.

g Ακρασίας εἶναι.] Ita ex *MSS. Lugd. Bat.* etiam & *Rost.* ἀστασίας in *Editis.* Locum hunc vertit *Rufinus* hoc modo, *His addunt quod (quoniam MS.) paucis seditiosis si tanta multitudo jungatur, hoc (quo MS.) magis ad pacificum consilium suam deberent (debuerant MS.) autoritatem transferre.*

h Τῶν——ἀπκριναμένων,] *Rost.* Οἱ δὲ μηδὲν ἀπκριτόμενοι.

i Κλώμενοι] *Rost.* Κλονούμενοι.

k Ανέδην] Ita ex *MSS.* ut & *Lugd. Bat.* ἀναίδην in *Editis.*

l Βεζεθὰ] Non dubito quin *Bezetha* collis fuerit, ædificiis scilicet occupatus, & pars urbis. Hvds. Βιζετὰ locus Hierosolymis vid. infr. c. 19. §. 4. Græcè καινὴ πόλις infr. lib. 5. c. 4. §. 2. & c. 5. §. 8. Alias Talmudice חדתא nomen proprium loci, intra terminum itineris Sabbati *Buxtorff.* Lex. Talm. pag. 285. SPANH.

m Ανέθην] Ωθουν *Big.*

n Εξήγαγεν ἐκ τῆς βασιλικῆς] Εξῆγε τῆς β. *Big.*

o Επιβολῆς] Επιβουλῆς in quibusdam ut & *Lugd. Bat. MSS.*

p Καὶ μαχάντες] Καὶ δὴ πάντες. In *Rufini* versione, *conversus quippe adversum eos populus repugnavit, & per tecta evadentes obruebant saxis Romanos.*

q Δὴ——βελεσι,] Δὲ mutavi in δὴ.

r Διὰ τῆς Αντωνίας,] Alii sic distinguunt, τοῦ ἱεροῦ διὰ τῆς Αντωνίας ἀναβάντες εὐθέως, τὰς σ. atque ita *Rufinus* qui vertit, *Antoniam extemplo ascendentes.*

s Συνεχεῖς——διέκοψαν.] Conf. supr. c. 16. §. 5. SPANH.

t Απερράγησαν αἱ στοαὶ,] Ita *Busb.* & *Rhed.* ἐπερράγησαν in *Editis Aliisque.*

u Εξιέναι] *Lugd. Bat.* Εξεῖναι.

x Επί-

ΚΕΦ. ιϛ'.

Κέστιος πέμπει Νεαπολίτανὸν χιλίαρχον τὰ τῶν Ἰουδαίων κατασκεψόμενον. δημηγορεῖ Ἀγρίππας πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, ἵν' αὐτοὺς μὴ πρὸς τοὺς Ρωμαίους πολεμεῖν παρακελεύσηται.

Ἑτέραν δὲ ὑποβολὴν τῷ πολέμῳ προσιζήσαντι, ἐπέστειλε Κεστίῳ, Ἰουδαίων ἀποστασίαν καταψευδόμενος, τήν τε ἀρχὴν τῆς μάχης περιθεὶς αὐτοῖς, καὶ δράσαι λέγων ἃ κείνους ἔπαθον. ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἄρχουσιν ἐσίγησαν. ἀλλ' αὐτοί τε καὶ Βερνίκη τῷ Κεστίῳ, περὶ ὧν Φλῶρος εἰς τὴν πόλιν παρελυμήνατο, ἔγραφον. ὁ δὲ, τὰ παρ' ἀμφοῖν ἀναγνούς, μὴ ἡγεμόνων ἐβουλεύετο. καὶ τοῖς μὲν αὐτοῖς ἐδόκει, Κέστιον μὴ στρατιᾶς ἀναβαίνειν· ἢ τιμωρησόμενον τὴν ἀπόστασιν εἰ γέγονεν, ἢ βεβαιότερος καταστήσοντα Ἰουδαίους, καὶ συμμένοντας. αὐτῷ δὲ πρέπειν τινὰ τῶν ἑταίρων τὸν καλέσκεψόμενον τὰ πράγματα, καὶ τὰ φρονήματα τῶν Ἰουδαίων πιστῶς ἀγγελοῦντα. πέμπει δὴν δή τινα τῶν χιλιάρχων Νεαπολίτανόν, ὃς, ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὑποστρέφοντι τυχὼν Ἀγρίππᾳ τῷ βασιλεῖ κατ' Ἰάμνειαν, τήν τε πέμψαντα καὶ τὰς αἰτίας ἐδήλωσεν.

Β'. Ἔνθα καὶ Ἰουδαίων οἵ τε ἀρχιερεῖς ἅμα τοῖς δυνατοῖς, καὶ ἡ βουλὴ πᾶσα, δεξιωσόμενοι τὸν βασιλέα. μετὰ δὲ τὴν εἰς ἐκεῖνον θεραπείαν, ἀπωδύροντο τὰς ἑαυτῶν συμφοράς, καὶ τὴν Φλώρου διεξέπεσαν ὠμότητα. πρὸς ἣν ἠγανάκτει μὲν Ἀγρίππας, σταλητικῶς δὲ τὴν ὀργὴν εἰς ὃν ἦλθε Ἰουδαίους μετέφερε, ταπεινῶν αὐτῶν βουλόμενος τὰ φρονήματα, καὶ τῷ μὴ δοκεῖν ἀδίκως τι παθεῖν, τὴν ἀμύνης ἀποτερέπων. οἱ μὲν οὖν, ὡς ἂν ὄντες ἔκκριτοι, καὶ περὶ τὰς αὐτῶν κλήσεις ὑποτυμπανίζοντες εἰρήνης, συνίεσαν εὐνοϊκὴν τὴν ὑπόπτωσιν τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ δῆμος ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ὑπὲρ ἑξήκοντα προελθὼν σταδίους, ἐδεξιοῦτο τὸν Ἀγρίππαν, καὶ τὸν Νεαπολίτανόν. ἐκώκυον δὲ αἱ τῶν ἀπεσφαγμένων γυναῖκες προεκθέουσαι, καὶ πρὸς τὸν τούτων οἰμωγὴν ὁ δῆμος, εἰς ὀλοφυρμοὺς τραπόμενος, ὑπεκυρεῖν τὸν Ἀγρίππα ἐκέτευε. τῷ τε Νεαπολίτανῷ καλεβόων, ὅσα πάθοιεν ὑπὸ Φλώρου, καὶ παρελθοῦσιν εἰς τὴν πόλιν τήν τε ἀγορὰν ἠρημωμένην ὑπεδείκνυον, καὶ περιορθημάτας τὰς οἰκίας. ἔπειτα δὲ Ἀγρίππα πείθουσι τὸν Νεαπολίτανὸν σὺν ἑνὶ θεράποντι παρελθεῖν μέχρι τοῦ Σιλοᾶ τὴν πόλιν, ἵνα γνῷ Ἰουδαίους τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι Ρωμαίοις εἰκόντας, μόνῳ δὲ ἀπεχθανομένους Φλώρῳ διὰ ὑποβολὴν τὴν εἰς αὐτοὺς ὠμότητος. ὁ δὲ, ὡς διοδεύσας πεῖραν ἔλαβεν ἱκανὴν τῆς πραότητος αὐτῶν, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνέβαινεν. ἔνθα συγκαλέσας τὸ πλῆθος, καὶ πολλὰ μὲν εἰς πίστιν αὐτοὺς τὴν πρὸς Ρωμαίους ἐπανέσας, πολλὰ δὲ εἰς τὸ τηρεῖν τὴν εἰρήνην προτρεψάμενος, καὶ τῷ Θεῷ προσκυνήσας ὅσον ἐξὸν τὰ ἅγια, πρὸς Κέστιον ἐπανῆλθε.

CAP. XVI.

XVI.

Cestius mittit Neapolitanum tribunum ad res Judæorum explorandas. Agrippa orationem habet ad Judæos, ut ipsos à bello adversus Romanos dehortaretur.

ALiam autem belli movendi viam comminiscens *Florus*, literas ad Cestium mittebat; quibus falsa de Judæorum defectione ad eum retulit, pugnam illis vitio vertens, dicensque eos eadem ipsa perpetrasse quæ passi sunt. Verum enim vero primores Hierosolymitarum nequaquam tacuerunt: sed & ipsi & Berenice ad Cestium de illis quæ Florus inique egerat literas scripserunt. Ille vero, cum ea legisset quæ ab utrisque acceperat, *de agendis statim* cum ducibus deliberabat. Et quibusdam quidem *factu optimum* videbatur, ut Cestius cum exercitu *eò* ascenderet, à defectoribus, si qui fuissent, pœnas exacturus, aut ut Judæos, etiam quotquot à Romanis starent, confirmatum iret: illi vero *placuit* ut de suis aliquis præmitteretur qui res exploraret, & quo animo essent Judæi fideliter *ei* nunciaret. Quendam igitur è centurionibus mittit Neapolitanum, qui, Agrippæ regi ab Alexandria reverso obviam factus circa Jamniam, *ei* indicavit à quo missus fuerat & quas ob causas.

De Judæis ad Cestium mentitur Florus.

Neapolitanum ad res Judæorum explorandas mittit Cestius.

2. Ubi Judæorum etiam pontifices cum optimatibus & senatu aderant, ut regi *reduci* gratularentur. Postquam vero sua ei officia præstitissent, suas deplorarunt calamitates, & Flori immanitatem enarrarunt. Quam rem indigné quidem ferebat Agrippa, vafre tamen in Judæos, quorum miserebatur, iram suam transferebat, elatos eorum animos volens deprimere, atque eos à vindictæ studio avertens, quasi nulla iis injuria facta videretur. Et illi quidem, ut qui sortis melioris, quique propter sua prædia pacem desiderarent, sibi conscii erant benevolentiæ plenam esse regis redargutionem. Populus autem ex Hierosolymis sexaginta stadiis progressi, officiose excipiebant Agrippam & Neapolitanum. ploratus tamen edebant interfectorum conjuges, reliquos præcurrentes; & ad earum ejulatum populus ad lamenta conversi orabant Agrippam ut illis auxilio esset; atque ad Neapolitanum vociferabantur *quot* & quæ passi essent à Floro, & in urbem ingressis ostendebant forum desertum & desolatum domosque vastatas. Deinde per Agrippam suadent Neapolitano, ut cum uno tantum famulo ad Siloam usque totam circuiret civitatem, ut exploratum habeat Judæos aliis quidem omnibus Romanis parere, in solum autem Florum animo esse infesto, ob summam quam in eos adhibuit crudelitatem. Ille igitur cum *urbe* peragrata satis perspectam habuisset indolem populi mitem quietamque, in templum ascendebat. Ibi multitudine convocata, cum verbis plurimis fidem eorum erga Romanos laudasset, & multis eos ad pacem conservandam hortatus esset, Deique templum, quantum licebat, veneratus, ad Cestium reversus est.

Famnia Agrippam conveniunt Judæorum primores, & de Floro queruntur.

Judæi coram Agrippa & Neapolitano suas deplorant calamitates.

3. Ju-

---

x Ἐπέστειλε Κεστίῳ,] Ἀπέστειλε *Rhed.*

y Ἑταίρων] *Rost.* Ἑτέρων.

z Ἀγγελοῦντα.] *Rost.* Ἀπαγγελοῦντα.

a Νεαπολίτανὸν,] Ita in *libris* omnibus, tam *Latinis* quam *Græcis*. Nescio unde suum *Politianum* habuerit *Gelenius*. HUDS. Politianum *Gelen.* pro Neopolitanum. Conf. infr. §. 2. SPANH.

b Ἔνθα καὶ Ἰουδαίων] Ita in *MSS.* ἔνθα δὴ in *Editis*.

c Τὰς αὐτῶν] Illud τὰς è *Codd.* (inter quos *Rost.* & *Lugd. Bat.*) *MSS.*

d Εἰρήνης,] Ita ex *Lugd. Bat.* reliqui εἰρήνην. HAV.

e Νεαπολιτανὸν.] Conf. supr. §. 1. SPANH.

f Νεαπολιτανῷ] Conf. supr. §. 1. SPANH.

g Ὑπεδείκνυον,] *Rost.* Ἀπεδείκνυσαν.

h Νεαπολίτανὸν] Conf. supr. §. 1. SPANH. *Rost.* & hic & superius Νεοπολιτανόν.

i Σιλοᾶ] Σιλωὰ *Busb.* & *Rhed.* Σιλωὰμ *Big.* (*Lugd. Bat.* nec male) & *Gall.*

k Ὅσον ἐξὸν] *Odo* ἐξὸν *Big.* & forsan *Rosf.* qui vertit, *adoravit Deum ejusque Sancta, in eo tamen consistens loco in quo licebat.*

l Τὰ ἅγια,] Τὰ ἅγια sæpiuscule in *Vet. Test.* pro τὸ ἱερόν.

De legatis ad Neronem mittendis cum Agrippa agunt.

3. Judæi autem universi ad regem pontificesque se convertebant, & obsecrabant ut ad Neronem mitterentur legati adversus Florum, minimeque suo de tanta cæde silentio paterentur semet defectionis suspectos esse. quippe visum iri ipsos primum arma sumpsisse, nisi antea ostenderent quisnam primus omnium ea sumpsisset. idque præ se ferebant, fore ut non quiescerent, si quis legationem impediret. Agrippa autem invidiosum fore existimabat, eos quidem deligere qui Florum accusaverant: Judæos vero in bellum accensos insuper habere haud è re sua esse perspiciebat. Populo igitur in Xystum convocato, constitutaque in loco conspicuo sorore Berenice, super domum *scilicet* Asamonæorum (illa autem erat supra Xystum ad extremam urbis superioris partem Xystoque templum pons jungebat) hujusmodi orationem habuit.

Agrippæ concio ad Judæos, ut eos à bello dehortaretur.

4. „ Si quidem viderem vos omnes ad pugnan-
„ dum cum Romanis incitatos, neque id velle po-
„ puli partem puriorem sinceriorem que ut in pace
„ ageret, ad vos nequaquam prodiissem, aususve
„ essem vobis consilium dare. Supervacua quippe
„ de iis quæ fieri oportet omnis est oratio, quando
„ omnes qui audierint ad deteriora uno ferantur
„ consensu. At quoniam aliquibus ætas quidem
„ belli malorum ignara, aliis autem spes libertatis
„ temere concepta, nonnullis vero quædam plus
„ habendi cupido stimulos admovet, lucrumque
„ si res turbatæ forent ex imbecillioribus facien-
„ dum; quo pacto & ipsi meliora edocti resipiscant,
„ & non ex paucorum improbo consilio damnum
„ capiant, fieri oportere existimavi, ut ad vos om-
„ nes eodem congregatos ea dicerem, quæ in rem
„ vestram esse persuasum habeo. Mihi autem *in di-*
„ *cendo* nemo obstrepat, si ea non audierit quæ
„ sibi placeant. Nam his quidem, qui impetu effre-
„ ni ad defectionem rapiuntur, licebit etiam post
„ meam adhortationem eadem *quæ antea* sentire.
„ mea autem etiam ad illos qui audire cupiunt ora-
„ tio non pertinget, nisi ab omnibus silentium fiat.
„ Equidem novi quod multi & injurias procurato-
„ rum exaggerent, & libertatis laudes amplificent
„ & augeant. Ego autem, priusquam discutiam
„ qui sitis, & quos bello aggredimini, prætextus
„ complicatos disjungam *& evolvam*. Nam si eos
„ quidem qui vos injuria afficiunt ultum itis, quor-
„ sum adeo libertatem extollitis? si vero servitu-
„ tem intolerandam ducitis, superflua est adversus
„ præsides querela. nam etsi illi moderationem ad-
„ hibeant, nihilominus turpis habetur servitus.
„ Sigillatim autem & ista vobiscum reputate, quam
„ exigua *ex utrisque* bellum movendi causa: & pri-
„ mum quod ad ea attinet quæ procuratoribus vi-
„ tio vertitis. Oportet autem vos *officiis* potestates
„ demereri, non *verbis* irritare. At cum leviora de-
„ licta illis ut gravissima crimina objicitis, * contra
„ vos ipsos eos arguitis quibus crimina exprobra-
„ tis; adeo ut non amplius vos clam & verecundia
„ adhibita lædant, sed palam vastent *& diripiant*.
„ Nihil autem plagas ita mitigat, ac ferre eas; &
„ injurias patienter accipere, † eas inferentibus pu-
„ dorem & moram injicit. Sit ita sane, Romanorum
„ ministros adeo molestos esse ut ferri nequeant:
„ non tamen Romani omnes vos injuria afficiunt,
„ neque ipse Cæsar, adversus quos bellum susci-

γ'. Τὸ δὲ πλῆθος τ Ιουδαίων, ὅπερ τ βασιλέα καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς τραπόμενον, πρέσβεις [m] κατὰ Φλῶρον πέμπειν [n] ἠξίου πρὸς Νέρωνα, καὶ μὴ [o] σιωπήσαντας ὑπὲρ τοσούτου φόνου καλαλιπεῖν [p] ἑαυτοῖς ὑπόνοιαν ἀποστάσεως. δόξειν γὰρ αὐτοὺς καλάρξαι τ ὅπλων, εἰ μὴ φθάσαντες ἐνδείξαιντο τ καλάρξαντα. Φανεροὶ δὲ ἦσαν οὐκ ἠρεμήσοντες, εἰ τ πρεσβείαν τις ἀποκωλύοι. Ἀγρίππα δὲ τὸ μὲν χειροτονεῖν Φλῶρον κατηγόρους ὑπέφθονον ἐδόκει· τὸ πείθειν δὲ Ιουδαίους εἰς πόλεμον Ῥωμαίοις, οὐδὲ αὐτῷ λυσιτελὲς κατεφαίνετο. προσκαλεσάμενος δὴ εἰς τ ξυστὸν τὸ πλῆθος, καὶ καταστησάμενος ἐν πρόσωπῳ τ ἀδελφὴν Βερνίκην, ὑπὲρ τ Ασαμωναίων οἰκίας, αὕτη γὰρ ἦν ἐπάνω τ ξυστοῦ πρὸς τὸ πέραν τ ἄνω πόλεως, καὶ γέφυρα τῷ ξυστῷ τὸ ἱερὸν συνῆπτεν, ἔλεξε τοιάδε.

δ'. „ Εἰ μὲν εἶδον πάντας ὑμᾶς πολεμεῖν Ρω-
„ μαίοις ὡρμημένους, καὶ μὴ δ' ὄμως τὸ καθαρώ-
„ τατον καὶ εἰλικρινέστατον εἰρήνην ἄγειν προηρημένους,
„ οὔτ' ἂν παρῆλθον εἰς ὑμᾶς, οὔτε συμβουλεύειν ἐθάρ-
„ ρησα. πᾶσι γὰρ ὑπὲρ τ τὰ δέοντα ποιεῖν πᾶς
„ λόγος, ὅταν [q] ἡ τ ἀκριβῶν πάντων πρὸς τὸ
„ χεῖρον ὁμοίως [r] ἦ. ἐπεὶ δέ τινας μὲν ἡλικία τ
„ ἐν πολέμῳ κακῶν ἀπείρους, τινὰς δὲ ἐλπὶς
„ ἀλόγιστος ἐλευθερίας, οἴους δὲ πλεονεξία [s] τὶς
„ παροξύνει, καὶ [t] τὸ πάντ τ ἀδυνατωτέρων, ἐὰν τὰ
„ πράγματα συγχυθῇ, κέρδος. ὅπως αὐτοί τε
„ σωφρονιστέντες μεταβάλωνται, καὶ μὴ τ [v] οἴων κα-
„ κοβουλίας οἱ ἀγαθοὶ πάντες ἀπολαύσωσιν, ᾠήθην δεῖν
„ ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάντας ὑμᾶς συναγαγὼν εἰπεῖν ἃ
„ νομίζω συμφέρειν. [x] θορυβήσῃ δέ μοι μηδείς, ἐὰν
„ μὴ τὰ πρὸς ἡδονὴν ἀκούσῃ τοῖς μὲν γάρ, ἀνη-
„ κέστως ἐπὶ τ ἀπόστασιν ὡρμημένοις, ἔνεστι, καὶ
„ μετὰ τ ἐμὴν παραίνεσιν, τὰ αὐτὰ φρονεῖν. ἐμοὶ δὲ
„ παρρησίᾳ καὶ πρὸς τοὺς ἀκούειν ἐθέλοντας ὁ λό-
„ γος, ἐὰν μὴ πάντων ἡσυχία γένηται. οἶδα
„ μὲν ὅτι πολλοὶ τὰς ἐκ τ ὑπερόπτων ὕβρεις,
„ καὶ τὰ τ ἐλευθερίας ἐγκώμια τραγῳδοῦσιν. ἐγὼ
„ δὲ, πρὶν ἐξελάζειν τίνες ὄντες, καὶ τίσιν ὑπαχθεῖτε πολεμεῖν, πρῶτον διαζεύξω τ συμπλο-
„ κὴν [y] τῶν προφάσεων. [z] εἰ μὲν ἀμύνεσθε τοὺς
„ ἀδικοῦντας, τί [a] σεμνύνεσθε τ ἐλευθερίαν; εἰ δὲ τὸ
„ δουλεύειν ἀφόρητον ἡγεῖσθε, περιστὴ πρὸς τοὺς ἡγε-
„ μόνας ἡ μέμψις. καὶ γὰρ ἐκείνων μειζιαζόντων,
„ αἰσχρὸν ὁμοίως τὸ δουλεύειν. σκοπεῖτε δὲ καθ'
„ ἕκαστον τούτων, ὡς ἔστι μικρὰ τ πολεμεῖν ἢ ὑπό-
„ θεσις· καὶ πρῶτά γε τὰ τῶν ὑπερόπτων ἐγκλή-
„ ματα. θεραπεύειν δὲ οὐκ ἐρεθίζειν δεῖ τὰς ἐξου-
„ σίας. ὅταν δὲ τῶν μικρῶν ἁμαρτημάτων τὰς
„ ἐξονειδισμοὺς [b] ποιεῖσθε μεγάλους, καθ' ἑαυτῶν
„ τὰς ὀνειδιζομένας ἀπελέγχετε· καὶ παρέντες τὸ λά-
„ θρα καὶ μεθ' αἰδοῦς ὑμᾶς βλάπτειν, [c] πορθοῦσι φα-
„ νερῶς. οὐδὲν δὲ οὕτω τὰς πληγὰς, ὡς τὸ φέρειν,
„ ἀναγέλαστ. καὶ τὸ τῶν ἀδικουμένων ἡσύχιον τοῖς
„ ἀδικοῦσι γίνεται ἀλγεινόν. φέρε δὲ, εἶναι τοὺς
„ Ρωμαίων ὑπηρέτας ἀνηκέστως χαλεπούς· ἔστω Ρω-
„ μαῖοι πάντες ἀδικοῦσιν ὑμᾶς, οὐδὲ Καῖσαρ, πρὸς
„ ὃν αἱρεῖσθε τ πόλεμον. οὐ γὰρ ἐξ ὀλίγης ἡμέρ τις
„ φανη-

---

m Καὶὰ Φλῶρα πέμπειν] Ita ex *MSS.* καὶὰ Φλῶρον in *Editis.*
n Ηξίει] Ηξίουν *Busb.* & *Rhed.*
o Σιωπήσαντας] Σιωπῶντας *Big.* σιωπήσοντας *Busb.*
p Εαυτοῖς] *Rosf.* Ως αὐτοῖς.
q Η τ] *Lugd. Bat.* ἢ τ.
r Η.] Abest a *Lugd. Bat.*
s Τὶς παροξύνει,] Prior vocula abest a *Lugd. Bat.*
t Τὸ πάντ] *Rosf.* Τῶν πρὸ.
v Οἱων] *Rosf.* Ετέρων.
x Θορυβήσῃ] Ita edidi ex *Lugd. Bat.* reliqui Θορυβήσει. HAV.
y Τῶν προφάσεων] Est forsan qui mallet τ προλάσεων. quod τ πρατάσεως habeamus in nonnullis *MSS.* τ προφάσεως *Rhed.* HUDS. Τῆς προλάσεως. *MSS. Lipf.* SPANH. ut & *Rosf.* & *Lugd. Bat.*
z Εἰ μὲν ἀμύνεσθε] Εἰ μὲ γὰ ἀμ. *Big.* & *Lugd. Bat. Rosf.* vero εἰ μ. γ. ἀμύνεσθαι.
a Σεμνύνεσθε] *Rosf.* Σεμνύεσθαι.
b Ποιεῖσθε μεγάλους,] Ποιῆσθε *Big.*
c Πορθοῦσι] *Gen.* Πορθοῦσα.
* Ita vertendum, nisi forsan ἀπελέγχειν sit *accusatione liberare*, vel *excusare*.
† Forsan melius, *eas inferentes immutat.*

„ ποτηρὸς ἀπ' ἐκείνων, οὐδέ γε τὰς [d] ὑπὸ τ' ἀνα-
„ τολὴν οἱ ἀφ' ἑσπέρας ὀπιβλέπουσιν. ἀλλ' οὐδ'
„ ἀκοῦσαι ταχέως ταῦτεῦθεν ἐκεῖ ῥᾴδιον. ἄτοπον δὲ,
„ [e] καὶ δι' ἕνα πολλοῖς, καὶ [f] ἀφ' μικρὰς αἰτίας
„ τηλικούτοις, καὶ μηδὲ γινώσκουσιν ἃ μεμφόμεθα,
„ πολεμεῖν. καὶ τ' μὲν ἡμετέρων ἐγκλημάτων τα-
„ χεῖα γένοιτ' ἂν ἡ διόρθωσις. ὅτε γοῦν ὁ αὐτὸς
„ ἐπίτροπος μενεῖ ἀφ' παντὸς, καὶ τοὺς ἀφαδεξο-
„ μένους εἰκὸς ἐλεύσεσθαι μετριωτέρους. κινηθέντα δ'
„ ἅπαξ τὸν πόλεμον οὐτ' ἀποθέσθαι ῥᾴδιον δίχα
„ συμφορῶν, οὔτε βαστάσαι. ἀλλὰ μὴν τόγε νῦν
„ ἐλευθερίας ἐπιθυμεῖν [g] ἄωρον, δέον ὑπὲρ τοῦ μηδὲ
„ ἀποβαλεῖν αὐτὴν ἀγωνίζεσθαι πρότερον. ἦ γοῦν πεῖρα τ'
„ δουλείας χαλεπὴ, καὶ τοῦ μηδὲ ἄρξασθαι ταύτης
„ ὁ ἀγὼν δίκαιος· ὁ δ' ἅπαξ χειρωθεὶς, ἔπειτα ἀφιστά-
„ μενος, αὐθάδης δοῦλός ἐστιν, ἢ φιλελεύθερος. τότε γοῦν
„ ἦν ἐχρῆν πάντα ὑπὲρ τοῦ μὴ δέξασθαι Ρωμαίους ποιεῖν,
„ ὅτε, [h] τ' ἀρχὴν [i] ἐπέβαινε τῆς χώρας ὁ Πομπήϊος.
„ ἀλλ' οἱ μὲν ἡμέτεροι [k] πρόγονοι, καὶ οἱ βασιλεῖς [l] αὐ-
„ τῶν, καὶ χρήμασι καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς ἄμεινον ὑμῶν
„ πολλῷ ἀφειμένοι, πρὸς μοῖραν ὀλίγην τ' Ρωμαίων
„ δυνάμεως οὐκ ἀντέσχον. ὑμεῖς δὲ, οἱ τὸ μὴ ὑπακούειν
„ οὐκ ἀφαδοχῆς παρειληφότες, τοῖς πράγμασι ἢ τ'
„ [m] πρώτων ἀκουσάντων τοσοῦτον ἐλαττώμενοι, πρὸς
„ ὅλην ἀνθίστασθε τ' Ρωμαίων ἡγεμονίαν. καὶ Αθηναῖοι
„ μὲν, [n] οἱ περὶ τ' τ' Ελλήνων ἐλευθερίας φιλονεί-
„ κως καὶ πυρὶ τ' πόλιν, οἱ τ' ὑπερήφανον Ξέρξην
„ ἀφ' γῆς πλεύσαντα, καὶ ἀφ' θαλάσσης ὁδεύσαν-
„ τα, καὶ μὴ χωρήσομον μὲ τοῖς πελάγεσι, πλοῦ-
„ τέραν δὲ τ' Εὐρώπης τ' στρατιὰν ἄγοντα, δραπέ-
„ τῳ ὀπὶ μιᾶς νεὼς διώξαντες, περὶ δὲ τῇ σμικρᾷ
„ Σαλαμῖνι τ' τοσαύτῃ [o] Ασίαν κλάσαντες, νῦν δου-
„ λεύουσι Ρωμαίοις, καὶ τ' ἡγεμονίδα τ' Ελλάδος
„ πόλιν διοικεῖ τὰ ἀπὸ τ' Ιταλίας προστάγματα.
„ Λακεδαιμόνιοί τε μὲ Θερμοπύλας καὶ Πλαταιὰς,
„ καὶ τ' ἐρευνήσαντα τ' Ασίαν Αγησίλαον, ἀγαπῶσι
„ τοὺς [p] αὐτοὺς δεσπότας. καὶ Μακεδόνες, ἔτι [q] φαν-
„ ταζόμενοι Φίλιππον καὶ σὺν Αλεξάνδρῳ [r] περι-
„ σπείροντα αὐτοῖς τ' τ' οἰκουμένης ἡγεμονίαν ὁρῶν-
„ τες, φέρουσι τ' τοσαύτην μεταβολὴν, καὶ πρὸς οὓς
„ μεταβέβηκεν [s] ἡ τύχη προσκυνοῦσιν. ἄλλα τε ἔθνη
„ μυρία, πλεῖον γέμοντα πρὸς ἐλευθερίαν παῤῥη-
„ σίας, εἶχεν. μόνοι δὲ ὑμεῖς ἀδοξεῖτε δουλεύειν, οἷς
„ ὑποτέτακται τὰ πάντα. ποίᾳ στρατιᾷ, ποίοις πε-
„ ποιθότες ὅπλοις; ποῦ μὲν ὁ στόλος [t] ὑμῶν ἀφ-
„ ληψόμενος τὰς Ρωμαίων θαλάσσας; ποῦ δὲ οἱ
„ ταῖς ὑπηκόοις ἐξαρκέσοντες θησαυροί; πρὸς Αἰ-
„ γυπτίους ἆρα καὶ πρὸς Αραβας οἴεσθε κινεῖν τ' πό-
„ λεμον; ἢ περισκέψεσθε τ' Ρωμαίων ἡγεμονίαν; ἢ
„ μεῖρήσεσθε τ' ἑαυτῶν ἀσθένειαν; ἢ τὰ μὲν ὑμέτερα
„ [v] πρὸς τ' προσοίκων ἐθνῶν ἡττήθη πολλάκις; ἡ
„ δὲ ἐκείνων ἰσχὺς ἀφ' οἰκουμένης ἀνίκητος. μᾶλ-
„ λον δὲ καὶ ταύτης ἐζήτησάν τι πλέον. [x] ἢ γοῦν

„ pitis. Haud enim præcipiunt, ut improbus ad
„ vos quisquam ab illis mittatur, neque ab occiden-
„ te ad orientem possunt oculos conjicere: sed
„ neque facile est ut quæ hîc fiunt illic statim au-
„ diantur. Est autem absurdum, & propter unum
„ cum multis, & propter causas exiguas cum tan-
„ tis, atque ea de quibus querimur nescientibus,
„ velle confligere. Et erit quidem ut criminibus,
„ quæ illis exprobramus, cita adhibeatur correctio.
„ Neque enim idem perpetuo manebit procurator,
„ & verisimile est fore ut moderatiores veniant qui
„ ipsi succedant. Bellum autem semel motum ne-
„ que deponere, neque sustinere facile est absque
„ calamitatibus. Verum enim vero nunc libertatis
„ desiderio teneri intempestivum est, cum jam an-
„ tea oportuerit vos strenue dimicare ne ea amit-
„ teretur. Servitutem enim experiri durum est,
„ & justum est certamen ad illius jugum repellen-
„ dum initum. Qui vero semel subactus postea de-
„ fecerit, contumax magis servus est quam amator
„ libertatis. Tunc enim omnia agenda erant, ne
„ Romani admitterentur, cum primum in regio-
„ nem *hanc* ingressus est Pompejus. Majores vero
„ nostri, eorumque reges, qui pecunia & corpori-
„ bus & animis multo vobis præstiterunt, exiguæ
„ partis potentiæ Romanæ impetum non sustine-
„ bant. At vos, quibus hæreditarium est obedire
„ *Romanis*, rebus autem omnibus illis qui primum
„ paruere tanto inferiores estis, *etiam* toti Roma-
„ norum imperio resistitis. Et Athenienses qui-
„ dem, qui ob Græcorum libertatem etiam incen-
„ dio *patriam* urbem olim tradiderunt; qui Xerxem
„ arrogantissimum per terram navigantem, per
„ mare incedentem, & qui ne pelago quidem cape-
„ retur, latiorem vero Europa exercitum duceret,
„ una cum nave fugientem persequuti sunt, & circa
„ parvam Salaminem tantam Asiæ potentiam fre-
„ gerunt, nunc Romanis serviunt, & urbi *totius*
„ Græciæ dominæ imperat legesque imponit Italia.
„ Lacedæmonii quoque, post Thermopylas & Pla-
„ tæas & Agesilaum qui Asiam pervestigavit, illis
„ dominis acquiescunt. Macedones etiam, Phi-
„ lippi imaginem adhuc intuentes & cum Alexan-
„ dro terrarum orbis imperium ipsis promittentem
„ aspicientes, ferunt tantam mutationem, eosque
„ venerantur ad quos fortuna migravit. Quin &
„ aliæ gentes innumeræ, majori libertatis fiducia
„ turgentes, manus *illis* dant. Vos autem soli ser-
„ vire *illis* dedignamini, quorum in potestatem re-
„ dacta sunt omnia. Quibus exercitibus, quibus
„ freti *estis* armis? Ubi vobis classis, Romanorum
„ maria occupatura? Ubi thesauri ad ista aggre-
„ dienda suppeditaturi. Num contra Ægyptios
„ aut Arabas vos bellum movere existimatis? Non-
„ ne Romanorum imperium vobiscum reputabitis?
„ nonne vestram metiemini imbecillitatem? nonne
„ vos sæpe à gentibus finitimis victi fuistis & sub-
„ acti? Illorum autem vis per totum terrarum or-
„ bem stetit invicta. Immo & quiddam eo amplius
„ sibimet quæsiverunt. Non enim illis satis fuit
„ totus

d Υπὸ τὴν] *Rost.* Επὶ τὴν.
e Καὶ—πολλοῖς,] Illud καὶ ex *MSS*
f Διὰ μικρὰς αἰτίας] Διὰ μικρᾶς αἰτίας *Busb.* & *Rhed.*
g Ἄωρον,] *Rost.* Ἄφορον.
h Τὴν ἀρχὴν] Conf. *Ants.* lib. 14. c. 4. §. 4. & *alibi.* lib. 1. c. 7. §. 6. SPANH.
i Ἐπέβαινε] *Gen.* Ἀπέβαινε.
k Πρόγονοι,] Abest a *Rost.*
l Αὐτῶν,] Ita *Busb. Rhed. Rost. Lugd. Bat. Big.* & *Ruf.* αὐτοὶ in *Editis.* HUDS. Αὐτοὶ *Gen.* αὐτῶν *MSS. Lipsi.* & *Rufin.* SPANH.
m Πρώτων ἀκουσάντων] Πρῶτον ὑπακουσάντων *Big.* HUDS. *Lugd. Bat.* quoque πρῶτον habet, atque ita ut *Big.* in codice meo emendaverat *Coccejus.* Neque tamen aliquid mutarem, nisi quod cum *MSS.* πρώτου legerem; ἀκουσάντων vero non exponerem, ut *Hudsonus* fecit, *qui primum paruere*, sed *qui primum de illis inaudiverant.* His enim condonandum fuisset, si nomine & forma notos tantum, experiri viribus etiam voluissent, at vobis (inquit) minime, qui imperio illorum jam estis assuefacti, atque potentiam eorum nimium experti. HAV.
n Οἱ περὶ τ' τ' Ελλήνων] Ὑπὲρ τ' *Busb.*
o Ασίαν κλάσαντες,] *Rost.* Καλέσαντες Ασίαν.
p Αὐτοὺς] *Rost.* Αὐτῶν.
q Φανταζόμενοι] Φανταζόμενον apud *Æschyl. Agamemn.* v. 1509. SPANH.
r Περισπείροντα] Ita lego ex conjectura, favente nonnihil *Rufino*, qui vertit *promittentem.* παρασπείροντα in *Editis.* παρασπαίροντα in aliquot (ut *Lugd. Bat.*) *MSS.* HUDS. Παρασπαίρουσιν *Gen.* vel παρασπαίρυσαν. SPANH.
s Ἡ τύχη προσκυνοῦσιν. *Rost.* Ἡ τύχη ἐξ ἀνάγκης πρ.
t Ὑμῶν ἀφληψόμενον] Ὑμῶν *Big.*
v Πρὸς τ' προσοίκων] Καὶ τ' προσ. *MSS. Lipsi.* SPANH.
x Οὐ—ἐστήσαν.] Romani Imperii fines, de quibus vide paulo aliter apud Philon. leg. ad Caj. p. 993. & Augusti votum

„ totus Euphrates ad orientem, neque ad septen-
„ trionem Ister, neque in meridie solitudine tenus
„ pervestigata Libya, & ad occidentem Gades. Sed
„ ultra oceanum alium orbem, & ad Britannos an-
„ tea incognitos arma pertulerunt. Quid ergo?
„ vosne Gallis ditiores estis, Germanis fortiores,
„ Græcis sapientiores, plures toto orbe degenti-
„ bus? Quid vestra confidentia vos contra Roma-
„ nos attollit? Erit *forsan* qui dicet, durum est
„ servire. At quanto magis *durum est* Græcis, qui,
„ cum omnibus quos sol aspicit præstare videantur
„ nobilitate, & amplam adeo regionem occupent,
„ nunc bis ternis Romanorum fascibus obediunt.
„ Quin & totidem *obsequuntur* Macedones, qui
„ certe multo vobis justius deberent libertatem sibi
„ vendicare. Quid autem quingentæ Asiæ civita-
„ tes? Nonne absque ullo præsidio unum rectо-
„ rem fasceſque consulares venerantur? Quid me-
„ morem Heniochos & Colchos & Taurorum
„ gentem, Bosphoranos quoque, & Ponti incolas,
„ genteſque Mæotidis, quæ jam ante ne nativum
„ quidem dominum agnoverunt, nunc vero à tre-
„ centis militibus in obsequio continentur; & qua-
„ draginta naves longæ innavigabile prius mare &
„ immane faciunt securum & pacificum. Quam
„ multa pro libertate dicere habentes Bithyni, &
„ Cappadoces, & Pamphyliorum gens, Lycii quo-
„ que & Cilices, armis non compulsi tributa pen-
„ dunt? Quid autem Thraces, qui regionem quin-
„ que dierum *itineris* in latitudinem, septem vero
„ *dierum* in longitudinem, & asperiorem multo
„ quam vestra est & longe munitiorem, frigoreque
„ opaco impressionem facientes inhibentem, nonne
„ duobus millibus Romanorum præsidiariis obse-
„ quuntur? Illis vero proximi Illyrii, regionem ad
„ Dalmatiam usque porrectam & Istro tenus in-
„ colentes, nonne duabus solis legionibus parent,
„ quibus & ipsi Dacarum impetus compescunt?
„ Et qui toties pro libertate acriter insurrexerunt
„ Dalmatæ, eò tantum fere semper victi ut coactis
„ noviis copiis iterum rebellarent, nonne sub una
„ Romanorum legione vitam quiete agunt? At
„ certe si quos magnæ opportunitates ad defectio-
„ nem incitare deberent, maxime omnium Gallos
„ *deficere* oporteret, adeo locorum natura munitos,
„ ab oriente quidem Alpium summitatibus, à se-
„ ptentrione vero Rheno flumine, à meridie Py-
„ renæis montibus, & ab occidente oceano. sed
„ quamvis tanta *hostibus* opposita & objecta ha-
„ beant propugnacula, ac quinque & trecentis
„ abundent gentibus, fonteſque (ut dicere liceat)
„ domesticæ felicitatis illis suppetant, & bonis suis
„ orbem fere universum irrigent, ferunt nihilomi-
„ nus vectigales esse Romanorum, suamque felici-
„ tatem illis acceptam debere: atque hoc patiun-
